gelorū cotidiano delcāri conſortio
ac perfrui crederetur. atqꝫ ei meri
to vtutꝭ hui9 ab ipſis inditū fue
rit bubali cognomentū. Hui9 igit

magiſterio inſtitui cupientes: cogi
tationū eciam ſtimulis agitati. ad
cellam eius iam die aduesperaſcē
te ꝑuenim9 Caplm ij.

Qui habito pauliſꝑ ſilen
tio. cū ꝓpoſitū noſtrū pre
dicare cepiſſet: q̄ ſalicet
patriam relinquētes tot prouincijs
ꝓ amore domini ꝑluſtratꝭ. egeſta
tem ac vaſtitatē heremi tolerare. et
ymitari ꝯuerſationis rigorē illorꝫ
tanto ope niteremur: quē vix ipſi
qui in eadē neceſſitate atqꝫ inopia
nati educatiqꝫ ſūt ſuſtinerēt. reſpō
dimus nos ob id ad eius doctrinā
ac magiſteriū tetēdiſſe: ut imbui
aliquaten9 tāti viri inſtitutioibus
ac perfcīoē poſſem9. quā innume
rꝭ documentꝭ in eſſe eidem ſenſera
m9. nō vt ullis q̄ tamen in nobis
nō eſſent laudib9 grauaremur: ā
elatione animi qua in nrīs quoqꝫ
cellulis nōnūq̄ ſuggeſtiōe inimici
titillabamur. ſub ipiūs eciam con
ſpcū inflaremur. Quāobrem illa
nobis poti9 p̄cabamur īfūdi. quib9
cōpungi vł humiliari: nō quibus
nobmetipſis blādiri extolliqꝫ poſ
ſem9 Caplm iij.

Cum beatus paſnutius.
Tres iquit ſūt nationū
ordines. Tres quoqꝫ re
nūciationes quas monacho in quo
cūqꝫ vocationis ordine cōſtituto:
neceſſarias nouerim9. Et p̄mū q̄
dem cauſā quare tres eſſe vocatio
nū ordines diximus oportet nos
diligentꝰ inq̄rē. vt cū agnouerim9

nos ad dei cultū p̃mo vocationis
gradu accitos· ſcd̄m eius ſublimi
tatē: ꝯuerſationis quoqꝫ noſtre cō
gruentiā tempem9· Nichil eni ꝑ
derit ſublimiter inchoaſſe· ſi ſimilē
p̃ncipiis nō exhibuerimus et finē
Qꝫ ſi etiam vltimo ordine nos a
cōuerſatione ſeculi· extractos fu
iſſe cognoſcim9: q̃to min9 ꝓbabi
li ad religionē principio videmur
initiati· tāto acrius noſmetipſos ad
meliorē finē ſpirituali feruore inci
tare curem9· Neccīdam quoqꝫ cau
ſam trine abrenunciationis omni
modis noſſe nos cōuenit· q̃ nul
lo modo pfectionē poterimus attin
gere· ſi eā vel ignorauerim9· vel ſci
entes nō cōtēderim9 ope cōſūmaē

## Capitulū quartum

Tigitē tres hij vocationū
modi ſpeciali diſtinctione
pandūtur· p̃mus ex deo eſt· ſcd̄us
p hominē terci9 ex neceſſitate. Et
ex deo q̃dem eſt quotiens inſpira
tio quedā imiſſa in cor noſtrū· nō
nunq̃ etiam dormiētes nos ad de
ſiderū eterne vite ac ſalutis exſuſ
citat· deūqꝫ ſequi et eius inherere
p̄ceptis ꝯpunctioē ſaluberrima co
hortatur vt in ſcripturis ſanctis a
brahā voce dn̄ica de genitali ſolo·
et totī9 cognatioīs affectibus· et
pr̄is domo legim9 euocatū· dicēte
dn̄o· Exi de terra tua et de cogna
tione tua· et de domo patris tui·
Quo etiam modo beatū anthoniū
accitū eſſe cognouim9· qui occaſi
onem ſue ꝯuerſionis a ſola diuini
tate ꝑcepit Ingreſſus naqꝫ eccleſiā
ibiqꝫ audiens in euangelio domi
nū predicantem· qui non odit pa
trem et matrē· et filios· et vxorē·
et agros: inſuper et animā ſuam·
non poteſt meus eſſe diſcipulus·
Et ſi vis perfectus eſſe vade et vē
de omnia que habes et da pauperi
bus· et habebis theſaurū in celo:
et veni ſequere me Preceptum hoc
domini velut ſpecialiter ad ſe direc
tū cū ſūma cordis cōpunctione ſuſ
cepit: cōfeſtimqꝫ renuncians cūctis
ſecutus eſt criſtū· nulla exhortatio
ne neqꝫ doctrina hominū ꝓuocat9
Secundus modus vocationis eſt
quem fieri per hominem diximus·
cum vel exemplis quorūdam ſanc
torum vel monitis inſtigati· ad de
ſiderium ſalutis accēdimur· Quo
nos quoqꝫ modo p gratiā domini
retinem9 accitos· qui predicti viri
monitis ac virtutib9 incitati· huic
nos ſtudio ꝓfeſſioniqꝫ tradidim9·
Quo etiā ordine in ſcripturis ſanc
tis per moyſen filios iſrael de af
flictione egipti legimus liberatos
Tercius vero vocationis modus
eſt· qui ex neceſſitate deſcendit· cū
diuicijs mundi huius ⁊ voluptati
bus obligati· ingruentibus repēte
tēptationibus que vel mortis pici
la cōminantur· vel amiſſione bo
norum ac ꝓſcriptione puciūt· vel
carorum morte cōpungunt· ad do
minū quem ſequi in rerum proſpe
ritate contēpſimus in aduerſis ſal
tem inuiti properare compellimur·

Cuius vocationis neceſſitatem in
ſcripturis quoqꝫ ſepiſſime repꝑimꝰ.
vt cū filios iſrl̓ ob merita peccato
rū legimꝰ a domino traditos hoſti
bꝰ ſuis. ob quoꝝ dn̄atione crudelita
teq̄ ſeuiſſimā rurſū ꝯūſos ad dn̄m
ꝓclamaſſe Et miſit inq̄t dn̄s eis
ſaluatorē aioth filiū gera gemini
filiū: qui vtraqꝫ manu vtebatur
ꝓ dextera. Et rurſū. Clamauerūt
inquit ad dominū. ⁊ ſuſcitauit eis
ſaluatorē ⁊ liberauit eos: othoni
el filiū cenez frēm caleph iuniorē
Et de talibus in pſalmo dicitur.
Cū occideret eos tūc q̄rebant eū
⁊ reūtebātur: ⁊ diluculo veniebāt
ad deū. ⁊ recordati ſūt quia deꝰ ad
iutor eſt eorū: ⁊ deus excelſus re
dēptor eoꝝ eſt. Rurſūqꝫ Clama
uerūt ad dn̄m cū tribularentur: ⁊
de neceſſitatibꝰ eoꝝ liberauit eos

Caplm̄ v.

Ex hijs itaqꝫ tribꝰ modis
licet priores duo meliori
bus initii p̄ncipijs videantur. nō
nūq̄ tamē inuenimꝰ etiam de ter
cio g̃du qui infimꝰ videtur ac tepi
dus. perfectos viros ac ſpū feruē
tiſſimos extitiſſe. illiſꝫ conſimiles
qui optimo p̄ncipio aggreſſu domi
ni famulatū. reliquā quoqꝫ vitam
laudabili feruore ſpūs exigerunt.
Et iterū de illo ſupiore gradu pli
mos tepefactos. ad vituꝑabilem
finem ſepiſſime vidimus recidiſſe.
Ac ꝓinde ſicut illis nichil obfuit.
qd̄ nō ſuo videretur arbitrio ſꝫ ne
ceſſitatꝭ cōpulſione cōuerſi: quippe
quibꝰ hanc ipſam occaſionem qua
compūgerētur. domini benignitas
ꝓcurauit. ita etiam iſtis omnino
nichil ꝓfuit ſublimiora ꝯuerſioīs
habuiſſe p̄ncipia: quia nō ſtudue
rūt reliquā vitā fine cōgruo termi
nare. Nec enim abbati moyſi qui
habitauit in loco iſtiꝰ heremi qui
calamꝰ nūcupatur. quidq̄ obfuit
ad perfcē beatitudinis meritū: q̄
metu mortꝭ q̄ ei ꝓpt̓ homicidij cri
men intēdebatur. impulſus ad mo
naſteriū cucurrit. qui ita neceſſita
tē ꝯuerſionis arripuit: vt eam in
volūtatē ꝓmpti animi virtute ꝯū
tens. ad pfcōnis faſtigia ſūma
peruenerit. Sicut etiam econtrari
o plurimis quos nominati memo
rarē nō debeo nichil ꝓfuit dn̄i ſuitu
tem meliori arripuiſſe p̄ncipio. qui
deinceps cordis ignauia ac duricia
a ſubſequēte. in tepore noxiū ac ꝓ
fūdū mortꝭ baratrū ꝯciderūt Quā
rē in aploꝝ quoqꝫ vocatione vide
mꝰ euidēter expſſā Quid enim ꝓ
fuit iude aplatꝰ ſublimiſſimū g̃dū
eodē ordiē quo petrꝰ ceteriq̄ apoſto
li acciti ſūt voluntarie ſuſcepiſſe:
qui vocationis ſue ꝓclara p̄ncipia
cupiditatꝭ ac philargirie peſtifero
fine cōſūmans. uſꝫ ad traditioēm
domini crudeliſſimꝰ parricida proru
pit? Aut quid obfuit paulo q̄ repē
te cecatus ad viam ſalutꝭ velut in
uitus videt̃ attractus? qui poſtea
dn̄m toto animi feruore ſectatus.
inicū neceſſitatꝭ volūtaria deuoti
one conſūmans. glorioſam tantꝭ

virtutibus vitam incõparabili fine
cõdusit? Totum ergo in fine cõ
ſiſtit: in quo poteſt quis et optime
cõuerſionis initijs dedicatus infe
rior per negligentiã reperiri. et ne
ceſſitate attractus ad nomen mo
nachi profitendũ: eſſi a ꝑ timorẽ
dei diligentiamq; perfectus ¶ Vi
Nunc vero de abrenũciati
onibꝰ differendũ eſt. q̃s
tres eſſe ⁊ patrũ tradito
et ſcripturarum ſanctarum demon
ſtrat autoritas: quaſ vnũquemq;
noſtrũ omni ſtudio oportet imple
re Prima eſt qua corporaliter vni
uerſas mundi diuicias facultateſ
cõtempnimꝰ Secunda qua mores
ac vicia affectuſ priſtinos animi
carniſq; reſpuimus Tercia qua
mentem noſtram de preſentibus
vniuerſis ac viſibilibꝰ reuocãtes.
futura tantũmodo cõtẽplamur: et
ea que ſunt inuiſibilia ꝯcupiſcimꝰ
Que tria vt ſimul perficiantur. legimus (?)
abrahe legimꝰ dominũ precepiſſe
cũ dicit Exi de terra tua. ⁊ de cog
natione tua. et de domo patris tui
Primũ dixit de terra tua: id eſt
de facultatibus mundi huius opi
buſ terrenis. Secundo de cogna
tione tua: id eſt de cõuerſatione
et moribus vicijſ prioribus. que
nobis a noſtra natiuitate coheren
tia: velut affinitate quadam et cõ
ſãguinitate cognata ſunt Tercio
de domo patris tui: id eſt de om
ni memoria mũdi huius. que ocu
lorũ occurrit obtutibus. De duo
bꝰ eni͂ prioribꝰ id eſt ſiue de illo q̃ de
ſerẽdꝰ eſt. ſiue de eo q̃ expetẽdꝰ eſt
ita ꝑ dauid ex ꝑſona dei canit Au
di filia et vide. et inclina aurẽ tuã.
et obliuiſcere populũ tuũ et domũ
pr̃is tui Nã q̃ dicat audi filia. pr̃
vtiq; ẽ Et illũ cuiꝰ domũ vel ꝓplm̃
obliuioni tradi dere ꝑſuadet: pa
trẽ nichilominꝰ ſue filie fuiſſe teſta
tur Quod ita fit. cũ mortificati ab e
lemẽtis mũdi huiꝰ. cõtẽplamur ſe
cũdũ aplm̃ iã nõ ea q̃ videnẽ. ſ q̃
nõ videtur Que eni͂ videtur tẽpali
a ſũt. q̃ aũt nõ videtur eterna. Et
excũtes corde de hac tẽꝑali ac viſi
bili domo: in illã in qua ſumꝰ iugi
ter ꝑmãſuri nr̃os oculos mentẽq;
dirigi(?) Quod tũc iplebimꝰ cũ in car
ne ambulãtes nõ ſcd̃m carnẽ mi
litare ceperimꝰ illã beati apli ſentẽ
tiã ope ac virtute clamantes. Nr̃a
aũt municipatꝰ in celis eſt. Hijs
tribus abrenũciationibꝰ ꝓpͤe tres
libri ſalomois aptãẽ. Nã ꝓũbia
ꝑme abrenũciationi ꝯueniũt. q̃bꝰ
cõcupiſcẽtia carnaliũ rerũ ac terre
na vicia reſecãẽ. Secũde abrenũcia
tioni cõuenit eccleſiaſtes: vbi vni
uerſa q̃ agũẽ ſub ſole: vanitas ꝓ
nũciatur. Tercie abrenũciationi
ꝯueit cãticũ cãticoꝝ: in quo mẽs
viſibilia cũcta traſcẽdes. verbo dei
iã celeſtiũ rerũ ꝯtẽplatioẽ ꝯiũgiẽ
Quapropt̃ nõ multũ ¶ Vij
ꝓderit ꝑmã nos abrenũci
ationẽ cũ ſumma deuotio
ne fidei ſuſcepiſſe: ſi ñ ſcd̃aꝫ i eodẽ
ſtudio. atq; eodẽ iplenerimꝰ ardoẽ

Et iſta etiam cū hanc fuerīm9 adep
ti: ad illam quoqȝ terrā peruenire
poterim9. qua de domo prīs noſtri
parētꝫ egreſſi. quē ab exordio nati
uitatis nr̄e ſcd̄m veterē hoīe qn̄ e
ram9 natura filij ire. ſicut et ceteri
patrē nobis fuiſſe meminim9. om
nē mentꝫ intuitū ad celeſtia deflec
tim9 De quo etiam patre. ad ihe
ruſalē que verū deū patrē contēpſe
rat dicitur. Pater tuus amorreus
eſt: et mat̄ tua cethea. Et in euā
gelio. Vos ex patre dyabolo eſtis
et deſideria patrꝫ veſtri vultis fa
cere. Quē cū dimiſerim9 de viſibi
lib9 ad inuiſibilia trāſmigrātes:
cū aplō dicere poterim9. Scimus
aūt ꝙ ſi terreſtrꝫ dom9 nrā hui9 ha
bitationis diſſoluatur. ꝙ habitati
onē habea9 ex deo. domū nō manu
fcāȝ eternā in celo Et illd̄ qd̄ pau
lo ante ꝯmemorauim9. Noſt̄ au
tem municipatus in celis eſt. vnde
et ſaluatorē expectamus dn̄m ihm
qui reformabit corpus humilita
tꝫ nr̄e: cōfiguratū corpi claritatis
ſue. Et illud beati dauid Quia in
cola ego ſū in terra: et pegrin9 ſi
cut omēs patres mei. vt ſcd̄m do
mini vocem tales efficiamur qua
les illi: de quibus hec dn̄s ad pa
trē in euāgelio ſic loquebatur De
mūdo hoc non ſūt: ſicut ⁊ ego nō
ſū de hoc mūdo. Et rurſū ad ipſos
aplōs Si de hoc mūdo eſſetꝫ: mū
dus quod ſuū erat utiqȝ diligeret
Sed quia de hoc mūdo nō eſtis.
ſȝ ego elegi vos de mūdo: ꝓpterea
odit vos mūd9 Hui9 ergo abre
nūciationis tercie verā perfcōem
tūc merebimur obtinere: qn̄ mēs
nrā nulla carnee pinguedinis he
betā cōtagione. ſȝ peritiſſimis eli
mationib9 expolita ab omī affcū
⁊ qualitate terrena p indeſinentē
diuinarū meditationē ſcripturarū
ſpūaleſȝ theorias ad illa q̄ inuiſi
bilia ſūt eo vſȝ tranſierit. vt arcū
datam ſe fragilitate carnis ac ſitu
corpis ſupnis et incorporeis vehe
menter intēta nō ſentiat: atqȝ in
hmōi rapiatur exceſſus. vt non ſo
lum nullas voces auditu recipiat
corpali. nec in tuendis p̄tereūtiū
ymaginib9 occupetur: ſȝ ne adia
cētes quidē moles ⁊ ingentes ma
terias obiectas ocul̄ carnis aſpici
at C9 rei fidē atqȝ v̄tutē nemo ni
ſi is capiet: qui hec q̄ dicūtur expi
entia magiſtrāte perceperit. Cui9
videlicet ita dn̄s oculos cordis
de vniūſis pn̄tibus auocauerit:
vt ea nō tm̄ trāſitura ſȝ quaſi trāſ
acta iam reputet. ⁊ velut inanem
fumū in nichilū reſoluta cōſpiciat.
Ambulanſȝ vt enoch cū deo. ac de
humana cōuerſatione moribuſqȝ
trāſlatus. nō inueniatur in pn̄tis
ſeculi vanitate. Qd̄ in illo etiam
corpalit̄ factū: lectio geneſeos ita
cōmemorat. Ambulauitqȝ enoch
cū deo: ⁊ nō inueniebatur. q̄a trāſ
tulit illū de9. Aplūs quoqȝ. Fide
enoch trāſlatus eſt. vt nō videret
mortē. De qua morte dn̄s in euā
gelio Qui viuit: inquit ⁊ credit in

me·nō morietur ineternū· Qua
ꝓpter feſtinare debem9 ſi perfectio
nē verā deſideramus attingere· vt
queadmodū corpe parētes· patri
am· diuicias mundi· voluptateſꝫ
deſpexim9· ita eciā corde hec om
nia relinquētes· nulla rurſus ad e
a q̄ dimiſim9 ɔcupiſcētia reuerta
mur· ſicut illi q̄ educti p moyſē aū
vtiqꝫ corpe nō rediſſent· corde tn̄
reuerſi dicūtur ī egiptū· relicto ſci
licet deo q̄ eduxerat eos cū tāta v̄
tute ſignorū· ydola egipti q̄ ɔtēpſe
rāt venerantes· ſicut ſcriptura com
meōrat Et reuerſi ſūt cordib9 ſu
is in egiptū· dicētes ad aarō ffac
nobis deos qui p̄cedāt nos Nūc aū
illis eciam pariter dāpnemur qui ī
hēmo ɔmorantes poſt eſcā māne
celeſtis deſiderauerunt viciorū feti
dos ac ſordide vilitatis cibos· ſi
noſꝫ aū eis ſimiliter murmurarē vi
deamur dicentes· Bene nobis e
rat in egipto· vbi ſedebamus ſup
ollas carniū· et comedebam9 cepe
et allia et cucumeres et pepones·
Que figura licet in illo p̄ceſſerit po
pulo· tamen nūc quoqꝫ eā cotidie
in noſtro ordine ac ꝓfeſſione vide
mus impleri Omnis enī quicūqꝫ
poſt abrenūciationē mūdi huius
ad antiqua reuertitur ſtudia· et ad
p̄ſtina deſideria reuocatur· hec ea
dem aū illis ope ac mente procla
mat dicens· Bene michi erat in e
gipto Quorū vereor ne tanta iue
niēda ſit multitudo· q̄ntas tunc ſub
moyſe preuaricantiū turbas legi
mus extitiſſe· Nam aū ſexcēta mi
lia armatorum de egipto dinume
rentur egreſſa· ex hijs nō ſunt am
plius q̄ duo tantum terram r̄pro
miſſionis ingreſſi Unde feſtinādū
nobis eſt· vt a paucꝫ ac rariſſimis
ſumamus exempla virtutū· quia
ſcundū illā quam dixim9 figurā
in euangelio quoqꝫ multi vocati·
pauci vero dicuntur electi· Nichil
ergo ꝓderit nobis abrenunciatio
corporalis· ⁊ localis quodāmodo ex
egipto tranſmigratio· ſi abrenūci
ationē cordis que ſublimior ⁊ vti
lior eſt· non valuerimus ſimiliter
obtinere· De illa enim quam dixi
m9 abrenūciatione corporali· ita
ꝓnunciauit apoſtolus Si diſtribu
ero omnes facultates meas in ci
bos pauperū· ⁊ tradidero corpus
meum vt ardeam· caritatem autē
non habuero· nichil michi ꝓdeſt·
Qd beatus apoſtolus nunq̄ dixiſ
ſet· niſi quia futurū preuidebat in
ſpiritu· vt aliqui facultatibus vni
uerſis in pauperū alimēta diſper
ſis· ad ꝑfectionē euangelicā ⁊ cari
tatis arduū culmen ꝑuenire non
poſſent quia ſcilicet priſtina vicia
incōtinentiamqꝫ morū· vel ſupbia
vel impatientia dominante in ſuis
cordibus retinētes· nequaq̄ ſe ab
illis expurgarē curarēt· ⁊ ob id ad
caritatē dei q̄ nunq̄ cadit minime
ꝑuenirent Qui vtiqꝫ inferiores ef
fecti hoc ſecundo abrenunciationis
gradu· multo min9 illū tercium qui
procul dubio ē ſublimior apphēdūt

Diligentius tamē eciam hoc men
te percipite: q᷑ nō ſimpliciter dixe
rit. ſi diſtribuero omēs facultates
meas. Videretur enim forte de il
lo dixiſſe qui necdū euāgelicū im
plens mandatū: adhuc ſibi ex ill'
ſicut nōnulli tepidorū faciūt aliq̄d
reſeruaſſꝫ. Sed ſi diſtribuero inq̄t
omnes facultates meas in cibos
pauperū: id eſt etiam ſi perfc̄e ab
renūciauero diuicijs iſtis terrenis
Huic quoqꝫ abrenūciationi aliud
maius adiūxit. Et ſi tradidero in
quit corpus meū ita vt ardeā: ca
ritatē aūt nō habuero nichil ſum.
Ac ſi alijs verbis dixiſſet. Si diſtri
buero in cibos pauperū omīs facul
tates meas: ſcd̄m euāgeliū mā
datū quo dicitur. ſi vis perfectus
eſſe vade ⁊ vende q̄ habes ⁊ da pau
peribꝰ et habebis theſaurū in celo
⁊ veni ſequere me. ita ſcilicet abre
nūcians vt ex hijs nichil penitus
michi reſeruem. ⁊ huic erogacōni
martiriū ⁊ exuſtionē mee carnis
adiūxero: ita vt corpꝰ meū tradā
ꝓ xp̄o. ⁊ tamen vl' impaciens. vl'
iracūdus. vl' inuidꝰ. vl' ſuꝑbus ſū
vl' aliorū inflāmer iniurijs: vel q̄
cam q̄ mea ſūt. vl' ea q̄ mala ſunt
cogitem: vl' vniūſa q̄ m̄ poſſunt in
ferri nō paciencter libēterqꝫ ſuſtine
am nichil m̄ ꝓderit exterioris ho
minis abrenūciatio atqꝫ cōbuſtio.
interiore adhuc vicijs p̄ſtinis inuo
luto. eo q᷑ ſimplicē ſubſtāciam mū
di huiꝰ p̄me conuerſionis feruore
contempnens. q̄ nec bona eſſe nec
mala ſꝫ media diffiniūtur: viciosi
cordis noxias facultates ſimulit̄
abicere nō curarū. nec attingere do
minicā caritatē. q̄ paciens q̄ benig
na eſt. q̄ nō emulatur. nō inflatur
nō irritatur. nō agit perperā. non
querit q̄ ſua ſūt. nō cogitat malū
que omīa ſuffert. omīa ſuſtinet:
poſtremoqꝫ ſectatorē ſuū nunq̄ ca
dere ſinit in ſupplātatione peccati

Caplm̄ viij.

Feſtinare igitur omī debe
mꝰ inſtancia: vt interior
quoqꝫ noſter hō viciorū ſuorū diui
cias quas in anteriore cōuerſatio
ne contraxit. vniūſas abiciat atqꝫ
diſpergat. Que corpori nr̄o atqꝫ
anime iugiter coherētes ꝓprie nr̄e
ſūt. ac niſi adhuc in hoc corpore cō
ſtitutis nobis abiecte fuerint ⁊ ab
ſciſſe: eciam poſt exceſſū noſtrum
nos non deſinent comitari. Vt e
nim virtutes vl' ipa caritas q̄ earū
fōs eſt in hoc ſeculo cōquiſita. poſt
finē quoqꝫ huiꝰ vite pulchrum ac
ſplendidū amatorē ſuū reddit. i
ta vicia ad illam perhennē cōmo
racionem. obfuſcatā mentē quodā
modo coloribꝰ tetris infectāqꝫ trāſ
mittūt. Pulcritudo enim vl' defor
mitas anime: virtutū ſeu viciorū
gignūtur qualitate. Ex quibꝰ qui
dā attractus color. aut ita eā ſplē
didā reddet: vt a ꝓpha mereatur
audire Et concupiſcet rex decorem
tuū. Aut certe eam atrā fetidā red
det atqꝫ deformē: ita ut fetorem
ꝓpe turpitudinis ipa cōfiteatur ⁊

dicat Cōputruerūt et corrupte ſūt
cicatrices mee: a facie inſipientie
mee Et ipſe domin9 ad eā· Qua
re inquit nō eſt obducta cicatrix fi
lie ꝑpli mei? Et idcirco hee ſunt ꝓ
ꝑe noſtre diuicie q̄ cū anima iugit̄
cōmorantur: quas nobis nullus
regum nullus hoſtiū·nec ꝯferre po
terit nec auferre· Hee ſunt ꝓꝑe di
uicie nr̄e·q̄s ne ipā quidē mors va
lebit ab aīa ſepaē Quib9 vel abre
nūciātes ad ꝑfectionē poſſum9 ꝑue
niē ł illigati eterna morte multaī

¶ ix·

Tripertito enim
modo in ſcripturis ſācis
intelligūtur diuicie Sūt
enī male·bone et medie Et male
quidē ſunt de quibus dicitur Diui
tes eguerunt et eſurierunt· Et ve
vobis diuites: quia recepiſtis cōſo
lationem veſtrā Quas eaā diuici
as abiecisse ſūma perfectio non eſt
Ad quarū diſtinctionē paupes illi
ſunt·qui in euangelio domini voce
laudantur Beati pauperes ſpiritu
quoniā ipſorū eſt regnū celorū Et
in pſalmo· Iſte pauper clamauit·
et domin9 exaudiuit eū Et iterū·
Pauper et inops laudabūt nomē
tuū Sunt eaā diuicie bone quas
acquiſiſſe magne virtutis ac meri
ti eſt·quas vir iuſtus poſſidēs col
laudatur: dicente dauid Generati
o rectorū benedicetur: gloria et di
uicie i domo eius·et iuſticia e9 ma
net in ſeculū ſeculi Et iterum· Re
demptio anime viri ꝓprie diuicie
eius· De quib9 diuiciijs in apoca
lipſi dicitur· ad illū qui eas nō ha
bens vituperabiliter pauper et nu
dus eſt Incipiā inquit te euomere
ex ore meo: quia dicis q̄ diues ſū
et locuples et nullius egeo · et ne
ſcis quia tu es miſer ⁊ miſerabilis
et pauper et cecus et nudus Sua
deo tibi emē a me aurum ignitū
probatum vt locuples fias: et veſ
timentis albis īduaris·vt nō ap
pareat cōfuſio nuditatis tue Sūt
quoqꝫ diuicie medie: id eſt que bo
ne poſſunt eſſe vel male· Ad vtrā
qꝫ enim ꝑtem ꝓ arbitrio vel quali
tate vtentium transferuntur· De
quibus beatus apoſtolus· Diuiti
bus ait mundi huius precipe non
ſublime ſapere nec ſperare in incer
to diuiciarū: ſed in deo qui ꝑſtat
nob̄ habūde oīa ad fruendū· bn̄fa
cere· facile tribuere·cōicare· thezau
rizaē ſibi fūdamētū bonū in futurū
vt apprehēdāt verā vitā Quas i=
rū diues ille in euangelio retinēs
ac nequaq̄ indigētib9 ſubminiſtrās
de cuius micis ſaciari pauper laza
rus ante fores eius expoſitus cu
piebat: intolerandis gehēne igni
bus et eterno deputaē ardori·

¶ x·

Has igitur viſibiles
mundi diuicias relinquē
tes· nō nr̄as ſed alienas
abiciam9 facultates· q̄uis eas gl'i
emur vł nr̄o laboē q̄ſitas vł pate
rnā ad nos hēreditate trāſmiſſas Ni
chil enī vt dixi nr̄m eſt niſi hoc tm̄
qd' corde poſſeſſū atqꝫ aīe nr̄e cohe
rens·a nemine pt̄ ꝓrſus auferri·

De illis aūt viſibilibus diuitijs
ad eos qui illas tꝙ̄ ꝓ̃pās retētan
tes · ꝯmunicare indigentibꝰ nolūt ·
increpās loquitur xp̄us · Si in a
lienis fideles nō fuiſtis: qđ veſtrū
eſt quis dabit vobis? Euidēter igi
tur has diuicias alienas eſſe · nō
ſolū cotidiana expꝛientia docet: ve
rūeciam ſentētia domini ipā appel
latione ſignauit · De viſibilibꝰ ve
ro peſſimiſq; diuitijs · loq̄tur petrꝰ
ad dn̄m · Ecce nos reliq̄mꝰ oīa:
et ſecuti ſumꝰ te · quid ergo erit no
bis? Quos utiq; nichil ampliꝰ ꝙ̄
viliſſima ꝯſciſſaq; rethia certū eſt
dimiſiſſe · Que oīa niſi in hac ab
renūcatione viciorꝝ · q̄ vere ſūma et
magna eſt · fuerūt intellecta: nec p̄
ciosū aliq̄d inuenieꝰ aplōs reliquiſ
ſe · nec dn̄m habuiſſe ꝓp̄t qđ illis
tātā btūdinis glāz largiret · ut ab
eodē meterēt audire In regnātioē
cū ſederit filiꝰ hōmis in ſede maieſ
tatis ſue · ſedebitis et vos ſup ſedes
duodecī · iudicātes duodecī tribꝰ iſrł
Si igitur hij qui perfecte terrenas
iſtas viſibileſq; abdicāt facultates
certis ex cauſis ad illam apoſtolicā
caritatē peruenire nō poſſūt: nec il
lū ſublimiorē paucorūq; admodū
abrenūciationis tertiū gradū ex
pedito queunt vigore cōſcendere ·
quid illi de ſemetipſis iudicare de
bebūt: qui ne p̄mā quidē q̄ pfacił
eſt accipientes · atq; antiquas pe
cuniarū ſuarū ſordes cū infidelita
te p̄ſtina retentātes: nudo tantū ſi
bimet autumant monachorꝝ voca
bulo gloriandū? Ergo p̄ma quā
diximꝰ abrenūciatio rerū alienarū
eſt · ideoq; p ſe ſolam perfectionē ab
renūcianti cōferre nō ſufficit: niſi p
uenerit ad ſcd̄am · q̄ vera abrenū
ciatio rerū nrāꝝ eſt · Quā adepti
expulſione oīm viciorꝝ · tercię quo
q; abrenūciationis faſtigia ꝯſcen
demus: p quā nō ſolū omia q̄ in
hoc mūdo geruntur uł pticulati ab
hōībꝰ poſſidentur · veruēciam ipſā
cūctorꝝ elementorꝝ plenitudinē q̄
putatur eſſe magnifica tꝙ̄ vanita
ti ſubiectā et mox trāſiturā · trāſcen
dentes animo ac mente deſpicimꝰ
intuentes dūtaxat ſcd̄m aplm̄ nō
ea q̄ videntur: ſed ea q̄ nō videntur ·
Que enim videntur tempalia ſūt ·
que aūt nō videntur eterna · Ut ita
demū illud ſupmū mereamur au
dire qđ dicitur ad abraham · et ve
ni in terram quā monſtrauero tibi
Per qđ euidēter oſtenditur: ꝙ niſi
quis tres ſupiores illas abrenūci
ationes oīm impleuerit mentis ac
corde · ad q̄rtū hoc puenire nō poſſit
qđ remuneratiōis ac p̄mij vice p
fecte abrenūcianti tribuitur: id eſt
vt terrā repmiſſionis mereatur in
troire · nequaꝙ̄ ſibi iam viciorꝝ ſpi
nas ac tribulos germinantē · que
poſt expulſionē paſſionū cūctarum
puritate cordis in hoc corpore poſ
ſidetur: quā nō virtus vł induſtri
a laborantis · ſed ipē dominꝰ oſtenſu
rū ſe eſſe pmittit · Et veni inquiens
in terrā quā tibi mōſtrauero · Per
qđ manifeſte pbatur: et initiū nrē

ſalutis domini vocatione fieri dicē
tis Exi de terra tua Et cōſūmati
onē ꝑfectionis et puritatis ab eo
dē ſimiliter tribui: cū dicat Et veni
in terrā quā tibi monſtrauero. Id
eſt nō quā tu ex temetipō noſſe vel
induſtria tua valeas repire. ſʒ quā
ego tibi nō ſolū ignoranti. ſed eciā
non inquirenti mōſtrauero Ex quo
manifeſte colligitur. ꝙ queādmo
dū inſpiratiōe domini ꝓuocati ad
viā ſalutꝭ accurrim9. ita eciā magiſ
terio ipſi9 et illūiatiōe deducti. ad
ꝑfcōnē ſūme btītudīs ꝑuenim9

German9 In quo ģ C xi
cōſiſtit liberū arbitriū. nrē
q̄qʒ ꝙ laudabiles ſumus
reputabit̄ induſtrie. ſi de9 in nob
oīa q̄ ad noſtrā ꝑfectionē ꝑtinent
et incipit et cōſūmat? C xii

Pafnucius Hoc vos recte
mouiſſet ſi in omni ope
vel diſciplina principiū tā
tū eſſet ac finis. et non eciā quedā
medietas intereſſet Itaqʒ ſicut oc
caſionē ſalutis diuerſis modis de
um cognoſcim9 operari. ita noſtrū ē
occaſionibus a diuinitate cōceſſis
vel enixius vel remiſſius famulari
Nā ſicut dei fuit vocantꝭ oblatio.
exi de terra tua. ita abrahe fuit ex
eūtis obia. Et queādmodū illud
qđ dicit̄ et veni ī terrā fuit obtēpā
tꝭ op9. ita illđ qđ addit̄ quā tibi
mōſtrauero. iubētꝭ dei ꝉ ꝓmittētꝭ
eſt grā Certos tn̄ nos eſſe ꝯueit
ꝙ omnē ꝟtutem indefeſſis conati
bus exercentes. nequaꝗ̄ diligen
tia vꝉ ſtudio noſtro ꝑfectionē poſſi
m9 attingere. nec ſufficit humana
ſedulitas laboꝝ merito ad tā ſub
limia beatitudinis ꝑmia ꝑuenire.
niſi ea dn̄o nobis cooꝑante. ⁊ cor
noſtrū ad id qđ expedit dirigēte.
fuerim9 indepti Inde oqʒ dicim9 cū da
uid orātes momētꝭ ſingulis dicē
Perfice greſſ9 meos ī ſemitꝭ tuis
vt nō moueāt̄ veſtigia mea. ⁊ ſta
tuit ſup̄ petrā pedes meos ⁊ direx
it greſſ9 meos. vt noſtrū arbitriū
qđ ꝓcliui9 ꝉ ignorātiōe boni ꝉ ob
lectatōe paſſionū fert̄ ad vicia. ille
īuiſibilis rector hūane mētꝭ ad vir
tutū poti9 ſtudia retorq̄re dignet̄.
Qđ vno ꝟſiculo ꝑ ꝓphām legi9
maīfeſtiſſiē decantari Impulſ9 euſ9
ſū vt caderē. ī quo liberi arbitrij īfir
mitas deſignatur ⁊ dn̄s ſuſcepit me
Rurſū adiutoriū dn̄i iūctū eidē ſp
ondit̄ quo iā ne penit9 libero colla
bamur arbitrio. cū titubare nos vi
derit ꝑfcōne manuū ſuarū q̄dāmō
ſuſtētat atqʒ ꝯfirmat Et iterū Si
dicebā inq̄t mot9 ē pes me9 lubri
ca ſcʒ arbitrij facilitate. mīa tua
dn̄e adiuuabat me Iterū mobilita
ti ſue dei ꝯiūgit auxiliū. q̄ ne mo
ueret̄ pes fidei ſue nō īduſtrie ꝓpe
fuiſſe. ſʒ mīe dn̄i ꝯfitetur Et iterū
Scdm multitudinē doloꝝ meoꝝ
ī corde meo. q̄ ex libero ſm naſceba
tur arbitrio. ꝯſolatiōes tue letifica
uerūt aīam meā. ꝑ tuā ſcilicet īſpi
ratiōeʒ veniētes in cor meū. ⁊ reſe
rātes ꝯtēplationē futuroꝝ bonoꝝ
q̄ ꝓ tuo noīe laborātib9 ꝑparaſti.

nõ ſolū abſtulerūt oēm anxietatē
cordis mei. vmeciam ſūmam mul
tamqꝫ leticiam cōtulerūt. Et rurſꝰ
Niſi quia dominꝰ adiuuit me. pau
lominꝰ habitaueāt in inferno aīa
mea. Liberi utiqꝫ arbitrij ꝑuitate
in īferno habitatuꝝ ſe fuiſſe teſta
tur: niſi domini fuiſſꝫ adiutorio ac
ꝓtectione ſaluatus. A dnō enī nō
a libero arbitrio: greſſꝰ hōīs di
riguntur. Et cū ceciderit iuſtus li
bero dūtaxat arbitrio: nō collide
tur. Quapꝓpē? Quia dn̄s ſuppo
nit manū ſuam Hoc eſt aptiſſime
dicere. Nullus iuſtoꝝ ſibi ſuffiat
ad obtinendā iuſticiam: niſi ꝑ mo
mēta ſingula titubāti ei et corruē
ti. fulamenta manus ſue ſuppoſue
rit diuina clemencia. ne ꝓſtratus
penitus intereat: cū fuerit liberi ar
bitrij infirmitate collapſus

Caplm xiij.

NEc ſane vnqꝫ ſancti viri
directionē vie qua gradi
ebātur ad ꝑfectū vtutū cōſūmati
onēqꝫ tēdentes: induſtria ꝓpria ſe
obtinuiſſe teſtati ſunt. ſꝫ eam poti
us a dnō ꝑcabātur dicētes. Diri
ge me in veritate tua: ⁊ dirige in
conſpectu tuo viam meā. ⁊ notā fac
m̄ viam in qua ambulē. Aliꝰ aūt
nō ſolū fide ſꝫ etiā expimento quo
dā in ipā rerū natura ꝯpapſū ſe deꝓ
hendiſſe ꝓclamat. Cognoui dnē
quia non eſt in homine via eius:
nec viri eſt vt ambulet ⁊ dirigat
greſſus ſuos. Et ipe dn̄s ad iſrl.
Et dirigam ego eū īquit vt abie
te viretem: ex me fructus tuus in
uentus eſt. Caplm xiiij.

LEgis quoqꝫ ipius ſcienti
am nō lectionis induſtria
ſꝫ magiſterio ⁊ illumina
tione dei cotidie deſiderāt adipiſci
dicētes ad eū. Vias tuas dnē no
tas fac m̄: ⁊ ſemitas tuas edoce
me. Et reuela oculos meos. ⁊ cō
ſiderabo mirabilia de lege tua: ⁊
doce me facere volūtatē tuā. quia
deus meus es tu. Et iterū. Qui
doces hōīē ſciām Caplm xv.

IPſū etiā intellectū beatꝰ
dauid quo mandata dei
poſſꝫ agnoſcere. q vtiqꝫ in
libro legis nouerat eſſe perſcripta
ſcit ſe nō niſi a dn̄o poſſe hēc quā
a dnō poſtulat promereri dicens.
Seruus tuus ſū ego: da m̄ itellec
tū vt diſcā mandata tua. Qui uti
qꝫ intellectū ſemel ſibi per naturā
ꝑſtitū poſſidebat: noticiam quoqꝫ
mandatoꝝ dei q de ſcripta teneba
tur in lege vtiqꝫ habebat in ꝓmp
tu. ⁊ tamē ut hanc pleniꝰ appꝛhen
deret dominū ꝑcabatur. ſciens ne
quaqꝫ ſufficere ſibimet poſſe id qđ
per naturam cōditiōis inſertū eſt.
niſi cotidiana domini illuminatiōe
ad intelligendā ſpūalit̄ legem. ac
mandata eius apertius agnoſcen
da. ſenſus ipiūs ab eodem fuerit il
luſtratus ipō etiam vaſe electiōis
hoc qđ dicimꝰ clariꝰ ꝑdicāte. De
us enim inquit opatur in nobis.
⁊ velle ⁊ ꝑficere ꝓ bona volūtate
Et rurſū intellige que dico: dabit

enim tibi dominꝰ intellectū Quid
potuit aptiꝰ dici· q̄ ut bonā volūta
tē nrām ⁊ opis ꝯſūmationē a dn̄o
in nobis pnūciaret implerī. Et i
terum Vobis donatū ē p xp̄o nō
ſolū vt et in eum credatis·ſed vt e
tiā p illo paciamini· Hic quoqȝ ꝯ
ſtanciā ꝯverſionis ac fidei noſtre·⁊
paſſionū tolerantiā· donari nobis
a dn̄o declarauit Qd̄ intelligens
dauid·ſimiliter orat ſibi hocipſum
domini miſeratione ꝯcedi dicens·
Cōfirma deus hoc qd̄ opatus es
in nobis·oſtendens nō ſufficere ſi
bi ſalutꝭ principia dono dei gracie
qȝ collata· niſi fuerint eadem mi
ſeratione ipſius· et cotidiana opa
tione pfecta Nō enim liberū arbi
triū: ſed dominꝰ ſoluit cōpeditos
Non noſtra virtus·ſed dominus
erigit eliſos Non lectionis induſ
tria ſȝ dominꝰ illuīnat cecos· Qd̄
grece dicitur ſofotifloís id eſt dn̄s
ſapientes facit cecos·Non noſtra
cautio·ſed dn̄s cuſtodit aduenas·
Nō noſtra fortitudo·ſed dn̄s alle
uat ſiue ſuffulcit oīs qui corruūt
Hec aūt dicimꝰ nō vt ſtudiū noſ
trū aut laborē atqȝ induſtriā qua
ſi ſeguiter ⁊ ſupflue ip̄n̄d̄o vacue
mꝰ·ſed vt nouerimꝰ nos ſine aux
ilio dei nec adniti poſſe·nec effica
ces noſtros eſſe conatus ad capeſ
cēdū tā īmane p̄miū puritatꝭ·niſi
nobis adiutorio dn̄i ac mīa fuerit
cōtributū Equꝰ enī parꝰ in diem
belli· a dn̄o aūt eſt adiutoriū· q̄a
nō eſt in fortitudine potens vir· ⁊
mendax equꝰ ad ſalutē: vt q̄ glo
riatur in domino glorietur Opor
tet ergo nos ſemp cū beato dauid
canere Fortitudo mea et laus me
a non liberum arbitriū ſȝ dominꝰ·
et factus eſt michi in ſalutem Qd̄
doctor quoqȝ gentiū non ignorās·
ydoneū ſe factū miniſterio noui teſ
tamenti nō ſuo merito nec ſudorē·
ſed dei miſeratiōē proclamat Nō
q̄ ſimꝰ inquit ydonei cogitare ali
quid ex nobis quaſi a nobis· ſed
ſufficientia noſtra ex deo eſt Qd̄
minus latine: ſed expreſſius dici
p̄t· ydoneitas noſtra ex deo ē De
niqȝ ſeq̄tur· Qui ⁊ ydoneos nos
fecit miniſtros noui teſtamētī Cxvi

IN tm̄ aūt vniuerſa q̄ ad
ſalutē ptinēt apli ſibimet
a dn̄o largita ſenſerūt·vt
ipſā quoqȝ fidem p̄ſtari ſibi a dn̄o
poſtularēt dicētes Dn̄e auge nob̄
fidē plenitudinē cꝰ nō libero arbi
trio p̄ſumētes· ſȝ dei ſibi credētes
munē cōferendā Deniqȝ docet nos i
dē auctor ſalutꝭ hūane· q̄ ipā fides
nrā lubrica ſit ⁊ infirma· ⁊ nequa
q̄ ſibi ſufficiens niſi fuerit dei aux
ilio roborata· dicēs Symō ecce ſa
thanas expetiuit vos vt cribraret
tanq̄ triticū: ſȝ ego rogaui p̄rem
meū ne deficeret fides tua· Qd̄ a
liꝰ in ſemetipō ſentiēs fieri· et quo
dāmō fidē ſuā infidelitatis fluctibꝰ
ad perniciosi naufragij videns ſco
pulos perurgeri· ad eūdem domi
num auxiliū fidei ſue poſtulans di
cit· Dn̄e adiuua infidelitatē meā·

In tātū aūt ſenſerūt euāgeliā ⁊ a
pl'iā viri vniūſa q̄ bona ſꝫ auxilio
dei cōſūmari: ⁊ ne ipām quidē fidē
ſuā cōfeſſi ſūt illeſā ſe poſſe ſuis vi
rib9 uꝉ arbitrij libertate ſeruare·
vt hanc uꝉ adiuuari in ſe uꝉ dona
ri ſibi a dnō poſtularent Que ſi in
petro ne deficeret domini egebat
auxilio: quis erit tam p̄ſūptor et
cecus: qui ſe ad huiꝰ cuſtodiam co
tidiano domini credat adiutorio
nō egere? Preſerti cū ipſe dn̄s in
euangelio hoc ipſū euidēter exp̄ſſe
rit dicēs Sicut palmes nō p̄t fruc
tū facere a ſemetipō niſi in vite mā
ſerit: ita ⁊ vos niſi in me manſeri
tꝭ· Et iterū· Quia ſine me nichil
poteſtis facere· Cꝫ ſit igitur inep
tū ac ſacrilegum quidq̄ de bonis
actibus nr̄e induſtrie· ⁊ nō dei grē
vel adiutorio deputare: manifeſte
ꝓbatur dominica ꝑteſtante ſentē
tia·ſine ſua inſpiratione uꝉ coopa
tioē ſpūales fructus exhibere nemi
nē poſſe· Omē datū bonū ⁊ omne
donū ꝑfectū de ſurſū eſt·deſcendēs
a patre luminū· Zacharias quoq;
dicit· Quia ſi quid bonū ipiꝰ eſt·
Et ſi quid optimū ab ipō· Et ideo
cōſtanter beatus paulꝰ aplūs Qꝫ
inquit habes qd̄ nō accepiſti? Qd̄
ſi accepiſti: quid gloriarꝭ quaſi nō
acceperꝭ? Caplm̄ xvij·

Vmmā quoqꝫ tolerātie
qua tēptationes illatas
ſuſtinere poſſumꝰ· nō tam
in nr̄a ꝟtute ꝗ̄ in dei miſericordie
moderatione cōſiſtere·huīc apoſto
lus ita ꝓnūciat Temptatio vos
nō app̄hendat niſi humana· Fidelꝭ
aūt deus qui nō ꝑmittet vos ſup
id qd̄ poteſtis tēptari: ſꝫ faciet cū
tēptatione etiam exitū vt poſſitis
ſuſtinere · Deū quoqꝫ aptare ſiue
confirmare aīos nr̄os ad omē o
pꝰ bonū: ⁊ operari in nobis ea q̄
ſibi ſūt placita·idē aplūs docet di
cens· Deus aūt pacis qui eduxit
de mortuis paſtorē magnū oviū
in ſāguine teſtamenti eterni iheſū
xp̄m aptet vos in omi bono · faci
ens in vobis quod placeat coram
ſe· Qd̄ etiam theſſalonicēſibꝰ vt
eueniat ita p̄catur dicens· Ipē aūt
dn̄s iheſus xp̄us: ⁊ deus pr̄ noſꝭ
qui dilexit nos· et dedit cōſolatio
nem eternā ⁊ ſpem bonā in grām
exhortetꝭ corda veſtra· ⁊ confirmet
in omi opere et ſermone bono
Caplm̄ xviij·

IPſū deniqꝫ timorem dei
quo firmiꝰ eū tenere poſ
ſimꝰ· a dnō nob̄ iheremias ꝓpha
ex perſona dei manifeſte teſtatur
infūdi: ita dicēs· Et dabo eis cor
vnū ⁊ animā vnā·ut timeant me
vniūſis diebꝰ· et bene ſit eis et fi
lijs eoꝝ poſt eos· ⁊ feciam cum e
is pactū ſempiternū: et nō deſinā
eos benefacere· et timorē meū da
bo in corda eoꝝ· vt nō recedant a
me· Ezechel quoqꝫ· Et dabo eis
cor nouū et ſpm̄ nouū ponā in viſ
ceribus eoꝝ: ⁊ auferā cor lapideū
de carne eoꝝ· et dabo eis cor car
neū ut in p̄ceptꝭ meis ambulent

et iudicia mea custodiant faciantqꝫ
ea; et sint michi in populū· et ego
sim eis in deū ¶ Decimūnonū

Quibus exēplis manifes
tissime ꝓbemur· ⁊ iniciū
voluntatis bone nobis do
mino inspirante ꝯcedi· cū ā per se
aut ꝑ exhortationē cuiuslibet homi
nis· aut per necessitatē nos ad sa
lutis attrahit viam; et ꝑfectionē
virtutū ab eodē similiť cōdonari·
nostrū vero hoc esse vt adhortatio
nē auxiliūqꝫ dei vel remissius vel
enixius exequamur; et ꝓ hoc nos
vel remuneratioēz vel supplicia dig
nissime ꝓmereri· qđ eius dispēsa
tioni ac prouidentie erga nos be
nignissima dignatione collate· vel
neglexim9 vel studuimus nostre o
bedientie deuotione cōgruere Qđ
euidenter in deutronomio ap̄teqꝫ
describitur· Cū inquit introduxe
rit te domin9 deus tuus in terram
quā possessurus ingredieris; et de
leuerit gentes multas corā te· e
theum et gergeseū· et amorreū et
chananeū; et ferezeū· et eueū et ie
buzeū· septem gentes multo maio
res numero et robustiores te· tra
dideritqꝫ eas dominus tibi; ꝑcuti
es eas vsqꝫ ad internetionē Non
inibis cū eis fedus; neqꝫ sociabis
cū eis cōiugia· Qꝫ igitur introdu
cūtur in terrā repromissionis· ꝙ
delētur gentes multe coram eis·
ꝙ traduntur in manus eorū na
tiones maioris numeri· et robusti
ores ꝙ̄ ipsius isrł· dei eē grā scrip
tura pronunciat· Vtrum aūt ꝑcu
tiat eos israel vsqꝫ ad internetionē
an reseruet eas et parcat· et vtrū
ineat cum eis fedus· et vtrum so
ciet cum eis coniugia an nō societ;
ipsoꝝ esse testatur Quo testimoni
o manifeste discernitur· quid libe
ro arbitrio· quid de dispensationi
vel cotidiano adiutorio domini de
beam9 ascribere· et ꝙ diuine sit gra
cie prestare nobis occasiones salu
tis· et prouentus secūdos atqꝫ vic
toriam· nostrū vero vt concessa dei
beneficia· vel intentius vel segniti
us exequamur· Quam racionem
eciam in illorum cecorū curatione
satis euidenter videm9 expressā·
Qꝫ enim trāsit ante eos ihesus·
diuine prouidentie et dignatiōis
est gracia· Qꝫ vero vociferātur· et
dicunt miserere nostri fili dauid· fi
dei ipsorū et credulitatis est opus
Qꝫ visū recipiunt oculorū· diuine
miserationis est munus· Qꝫ autē
etꝭ p9 ꝑceptionē cui9libet munerꝭ
tam gracia dei ꝙ̄ racio liberi ꝑseue
ret arbitrij· leprosorū quoqꝫ decē
qui pariter curati sunt· declarat ex
emplū E quibus dū vnus ꝑ arbi
trij sui bonū· graciarū restituit acti
onē· domin9 nouē requirens vnū
qꝫ collaudans· vicissitudinē adiuto
rij sui eciā circa imemores benefi
ciorū suorū iugē se retinere demon
strat· Hoc ipsū enim visitatiōis su
e donū est· qđ vel suscipit et appro
bat gratū· vel requirit et reprehen
dit ingratos

¶ Caplm̄ vigeſimū·

Credere tamē incōcuſſa fi
de nos cōuenit·nichil ſiñ
deo procēſ9 in hoc mūdo geri· Aut
enim volūtate eius aut ꝑmiſſo·a
gi vniūſa fatēdum eſt·ut ſcꝫ hec q̄
bona ſūt volūtate dei perfici·auxili
oqꝫ credātur·q̄ aūt ꝯtraria ſūt e9
permiſſo: vt cū ꝓ nequicijs ac du
ricia cordis nrī deſerēs nos dīna
ꝓtectio·zabulū nobis vl' ignomi
nioſas corporis paſſiones patitur
dnāri· Qd̄ eciam apoſtoli vocabus
euidētiſſime ꝑdocemur ita dicent'
Propt' quod tradidit illos deus
in paſſiones ignominie· Et iterū
Quia nō ꝓbauerūt credidērūt de
um habere in noticiam: tradidit il
los deus in reꝓbū ſenſū·ut faciāt
ea q̄ nō conueniūt· Et ipē domi9
per ꝓpham· Et nō audiuit popu
lus meus vocē meam: ⁊ iſtl' non
intēdit m̄· Propter qd̄ dimiſi eos
inquit ſcd̄m adinuētioēm cordiū
eoꝝ·ambulabūt in adinuentioni
bus ſuis·

¶ Caplm̄ xxi·

German9 hoc teſtimonio
aptiſſime liberū demōſtra
tur arbitriū: quo dicitur
Si populus me9 audiſſet me Et
alibi Et nō audiuit popul9 meus
vocē meā Cū enim dicat ſi audiſſꝫ·
oſtendit in poteſtate ei9 fuiſſe vel
acquieſcendi ad audiendū·ul' nō
acquieſcendi ad iudiciū· Quomō
igitur nō in nobis nrā ſal9 eſt vel
locāda ⁊cū vel audiendi vl' nō au
diendi ipē nobis cōceſſerit faculta
tem?

¶ Caplm̄ vigeſimūſcd̄m·

Paſnutius· Valde quidē cō
ſideraſtis hoc qd̄ dicitur·
ſi popul9 me9 audiſſꝫ me
ſꝫ nequaq̄ꝫ quis ſit qui ad audien
tem ul' nō audientē loquatur attē
dit': nec illd̄ quod ſeq̄tur·ꝓ nich
ilo vtiqꝫ īimicos ei9 humiliaſſem
⁊ ſup tribulantes eū miſiſſem ma
nū meam· Nemo igitur hec q̄ ꝓ
tulim9·vt nichil ſine deo geri ꝓba
rem9 ꝑua interꝑtatioē detorquēs
ad defenſionem liberi arbitrij ita
conetur aſſumere: ut ab hōine gra
ciam dei ꝓuiſionē qꝫ cotidianā tēp
tet auferre·per hoc qd̄ dicitur·⁊ nō
audiuit ꝓplūs meus vocem meā:
et iterū ſi populus meus audiſſet
me·et iſtl' ſi in vijs meis ambulaſ
ſꝫ et cetera·ſꝫ reſpiciat q̄ꝫ ſicut libe
ri arbitrij facultas populi inobe
dientia demōſtratur·ita cotidiana
circa eum prouiſio dei clamantis
quodāmō ⁊ monentis oſtenditur
Cū enim dicat ſi ꝓplūs me9 audiſ
ſet me·priorem vtiqꝫ ſe locutū eis
euidenter oſtendit· Qd̄ fieri a do
mino non ſolū ꝑ legem ſcriptam
litteris· verūeciā cotidianis monit'
ſolet: ſcd̄m illud qd̄ ꝑ yſaiam dici
tur· Tota die expādi man9 me
as ad ꝓplm̄ nō credentē m̄: et con
tradicentē Vtrūqꝫ ergo poteſt hoc
teſtimonio cōꝓbari·qd̄ dicitur Si
popul9 meus audiſſet me·iſrael
ſi in vijs meis ambulaſſet: pro
nichilo vtiqꝫ inimicos eius humi
liaſſem: et ſuper tribulantes eum

nuiſiſſem manū meam Nam ſicut
liberum arbitriū ꝑ inobedietiā po
puli demonſtratur · ita diſpēſatio
dei et auxiliū eius verſiculi ipſius
inicio demonſtratur ac fine · cū ſe ꝛ
priorem locutū fuiſſe ꝯmemorat ·
et poſtea inimicos eius humiliatu
rū · ſi ab eodē fuiſſet auditꝰ · Nec
enim per hec que ꝓtulimus nō li
berum arbitriū hominis volumus
ſubmouere · ſed huic adiutoriū ꝛ
graciam dei · per ſingulos dies ac
momenta neceſſaria ꝯprobare
¶ Hiis nos ſermonibꝰ eruditos
abbas pafnucius e ſua cella nō tā
alacres ꝗ̄ compunctos corde ante
mediū noctis emiſit: hoc nobis p̄
cipuū ſue collationis ꝯferens mu
nus · vt cum per abrenūciationis
prime ꝯſūmationē quā toto virtu
tis niſu ſtudebamꝰ implere · attin
genda nobis perfectionis culmina
crederemus: inciperemꝰ agnoſcere
necdū nos cepiſſe monachoꝝ faſti
gia ſompniare · quippe qui de ſcđa
abrenūciatione paruper in ceno
biis eruditi · terciā in qua omnis
perfectio ꝯtinetur · queq; illas du
as īferiores multꝭ p̄cedit modis ·
ne auditu quidem nos antea per
cepiſſe noſceremus

¶ Explicit collatio abbatꝭ pafnu
tii de tribus abrenunciationibus

¶ Incipiunt capitula collationis
abbatis danielis
¶ De vita abbatis danielis
¶ Capitulū primū
¶ Inquiſitio noſtra vnde oriatur
repentina ꝯmutatio mentiū ab in
effabili leticia in meſtiſſimam ani
mi deiectionem ¶ Secundū
¶ Reſponſio ſua ſuper propoſita
queſtione ¶ Terciū
¶ Qz diſpenſationis ac probati
onis dei duplex ſit cā · ¶ Quartū
¶ Qz ſtudium et induſtria noſtra
nichil ſine adiutorio dei valeat
¶ Capitulū quintū
¶ Qz vtile nobis ſit interdum a
domino derelinqui · ¶ Sextū
¶ De vtilitate eius pugne quam
apoſtolus ponit in colluctatiōe car
nis ac ſpiritus ¶ Septimū
¶ Interrogatio quid ſit qđ in ca
pitulo apoſtoli poſt aduerſantes
ſibi ꝯcupiſcentias carnis ac ſpiri
tus tercia adiciatur voluntas
¶ Capitulū octauū
¶ Reſponſio de intellectu recte in
terrogantis ¶ Nonū
¶ Qz vocabulū carnis nō in vna
ſignificatione ponatur ¶ Decimū
¶ Quid in hoc loco caro ab apoſ
tolo nominetur · et quid ſit ꝯcupiſ
centia ſpiritus ¶ Undecimū
¶ Que ſit volūtas noſtra que in
ter ꝯcupiſcentiam carnis ꝛ ſpiri
tus ponitur · ¶ Duodecimū
¶ De vtilitate cunctationis que
ex colluctatiōe oritur carnis et ſpi
ritus ¶ Capitulū Decimūtercium

¶ De iemendabili nequicia ſpū
aliū nequiciarū ¶ .xiiij.
¶ Quid nobis ꝓſit carnis adū
ſus ſpm̄ concupiſcentia ¶ .xv.
¶ De incētiuis carnis quibꝰ niſi
huiliaremur ḡuiꝰ rueremꝰ ¶ xvi.
¶ De eunuchoꝝ tepore ¶ .xvij.
¶ Interrogatio quid interſit int̄
carnalē ⁊ aialem virū ¶ xviij.
¶ De male abrenūciātibꝰ .xix.
¶ De triplici aiarū ſtatu .xx.
¶ De hijs qui in temptatio mag
nis occupātur in paruis .xxi.

¶ Incipit collatio abbat̄ danie
lis de concupiſcentia carnis. ⁊.

INt̄ ceteros criſti
ane philoſophie
viros. abbatem
quoqꝫ vidimꝰ da
nielem. equalem
quidē v̄tutū gnē
hijs qui in heremo ſcithi cōmane
bāt. ſꝫ peculiariꝰ grā humilitat̄ or
natū. Qui merito puritat̄ ac mā
ſuetudinis ſue. a btō pafnucio ſoli
tudis eiuſdē prebiterio: ⁊ q̊dē cū mł
t̄ iunior eſſꝫ etate ad dyaconij eſt
p̄latus officiū. In tantū enim be
atus pafnutiꝰ virtutibꝰ ipiūs ag
gaudebat: vt quē vite merit̄ ⁊ ḡ
cia parē nouerat. coequare ſibi et̄
ſacerdotij ordine feſtinaret. Siqui
dē nequaq̄ ferēs in inferiori miſte
rio eū diutiꝰ immorari. optāſꝫ ſibi
met ſucceſſorē digniſſimū ꝓuidere
ſupſtes eū preſbiterij honore pro
uexit. Qui tamen p̄oris humilita
tis conſuetudinem non omittens
nichil vnq̄ ſibi illo p̄nte de ſubli
mior̄. ordinis adiectione donauit
ſꝫ ſemp abbate pafnucio ſpiritales
hoſtias offerēte. hic velut dyaconꝰ
in p̄oris miniſterij ꝑmanſit offici
o. In quo tamen beatū pafnutiū
cū talis vir eſſꝫ ac tātus. ut in mł
t̄ eciam preſcientie gracia poſſide
ret. hec ſpes ſubſtitutionis electio
qꝫ fruſtrā eſt. Nam nō multo pꝰ.
hunc quē ſibi parauerat ſucceſſorē
p̄miſit ad dn̄m ¶ Caplm̄. ij.

HIc itaqꝫ beatus daniel in
quirētibus nobis. cur int̄
dū reſidētes in celiula. tā
ta alacritate cordis cū ineffabili
quodā gaudio. et exuberātia ſacra
tiſſimorū ſenſuū repleremur: vt e
am non dicā ſermo poſſit ſubſequi
ſꝫ ne ipē quidē ſenſus occurreret. o
ratio quoqꝫ pura premitteretur
ac ꝓmpta: et mens plena ſpirita
libus frābus. p̄ces ſuas efficaces
ac leues eciam p ſaporē ſupplicāe
ad deū peruenire ſentiret. ac rurſū
nullis exiſtentibus cauſis tāto ſſb
ito repleremur angore: ⁊ irronā
bili quadā meſticia p̄meremur. ut
nō ſolū noſmetipōs hmōi ſenſibus
areſcere ſentiremꝰ: verūeciam hor
reret cella. ſorderet leccio. ipāqꝫ in
ſtabilis ac nutabunda et quodam
modo ebria emitteretur oratio.
ita vt ingemiſcētibꝰ et conātibus
nobis ad directionē p̄ſtinam reuo
cari mens nēā nō poſſꝫ: q̄ntoqꝫ in
tentius ad dei reduceretur intuitū.

tanto vehementi9 ad discursus instabiles lubricos rapemur excessu· et ita omni ſpiritali fructu reddetur effeta· vt nec deſiderio regni celorū· nec metu gehenne propoſito: ab hoc letali quodam ſompno valeret excitari: ita reſpondit·

## Caplm terciū

Tripertita nobis a maioribus racio ſuper hac quā dicitis ſterilitate mentis eſt tradita Aut enim de negligētia noſtra aut de impugnatiōe dyaboli· ā de diſpenſatione domini· ac probatione deſcendit· Et de negligentia quidem· cum vicio noſtro tepore precedente incircūſpecte noſmetipſos· et remiſſius exhibentes: et ꝑ ignauiam ꝛ deſidiam noxijs cogitationibus paſti· terram cordis nr̄i ſpinas et tribulos facimus germinare· quibus in ea pullulantib9 cōſequenter efficiamur ſteriles: atq; ab omni ſpiritali fructu et contemplatione ieiuni· De īpugnatione vero zabuli· cū eciam bonis nōnūq̄ ſtudijs deditis· callida ſubtilitate mentem noſtram aduerſario penetrante· vel ignorantes ab optimis intentionibus ſubtrahimur vel inuiti

## Capitulū quartū

Diſpēſatiōis aūt vl' ꝓbationis dei: duplex cauſa ē· Prima vt pauliſper a dn̄o derelicti· et mentis noſtre infirmitatē humiliter intuentes ſuper precedente puritate cordis que nobis illi9 viſitatione donata eſt nullaten9 extollamur· ꝓbanteſq; nos ab eodem derelictos· gemitibus noſtris et induſtria illum letiāe et puritatꝭ ſtatum recuꝑare non poſſe intelligamus: et preteritam cordis alacritatem non noſtro ſtudio · ſed illi9 nobis dignatione collatam · et p̄ſentē de ipſi9 turſus grā et illuīnatione eſſe poſcendā Secunda vero ꝓbationis eſt cauſa: vt ꝑſeuerātia noſtra vel mentis conſtantia· ac deſideriū cōprobetur· et qua intentione cordis· vel oracionū inſtantia deſertem nos viſitationē ſancti ſpiritus requiramus manifeſtetur in nobis· ac ꝑiter agnoſcentes· q̄to labore amiſſum iſtud ſpiritale gaudiū et puritatis letiāa cōquiratur· ſolliatius inuentā cuſtodire ac tenere attenti9 ſtudeam9 Quo cūmodo enim negligenti9 cuſtodiri ſolet· quicq̄d creditur facile poſſe reparari

## Caplm quintū

Ex que euidenter probatur graciam dei ac miſericordiā ſēp operari in nob ea q̄ bona ſunt· qua deſerente nos nichil valere ſtudiū laborantꝭ: et q̄tumlibet animi nitentis induſtriam· ſine ipſius iterū adiutorio ſtatum priſtinum recuperare non poſſe· illudq; in nobis iugiter impleri non volentis neq; currentis · ſed miſerentꝭ eſt dei· Que grā nōnunq̄ ecōtrario negligentes ac reſolutos nos inſpiratiōe hac q̄ dicitꝭ ſancta

et habundātia ſpiritaliū cogitatio
nū viſitare nō tenuit; ſed inſpirat
indignos ⁊ ſuſcitat dormientes. ⁊
illuminat ignorātie cecitate poſſeſ
ſos; dementerq; arguit nos atq;
caſtigat. infūdens ſe ſordibꝰ nr̄is
vt vel ſic de inhertie ſompno ꝯſur
gere ꝓuocemur. Deniq; frequent̄
eciam odoribꝰ vltra oēm ſuauita
te cōpoſitionis humane. in hijs ip
ſis ſubito viſitationibus adimple
mur; ita vt mens hac oblectatio
ne reſoluta in quēdā ſpūs rapiatur
exceſſū. ſeq; cōmorare obliuiſcatur
in carne. ¶ Capitulū ſextū.

In tantū vero illū quem
diximꝰ abſceſſū. et vt ita
loquar deſertionē dei bea
tus dauid utilem eſſe ꝯgnouit. ut
nequaq̄ orare maluerit ne a deo
in nullo penitus relinq̄retur. hoc
enim ſciebat incōgruū eſſe. vl̄ ſibi
vl̄ humane nature ad qualibet ꝑ
uenienti perfcōnē ꝫ teperari eum
potiꝰ depcatꝰ ſit dicēs. Nō me de
relinquas uſq̄quaq;. Ac ſi diceret a
lijs verbis. Scio qd̄ derelinq̄re ſo
leas utiliter ſanctos; vt eos pro
bes. Aliter enim ab adūſario tēp
tari non poſſūt. niſi a te pauliſꝑ fu
erīt derelicti. Et ideo non rogo vt
nūq̄ me derelinquas. quia nō ex
pedit m̄ ut nō vl̄ meam infirmita
tem ſentiens dicā. bonū m̄ q̄ humi
liaſti me. vl̄ exercitiū n̄ habeā ꝑliā
di. Qd̄ ſine dubio habē nō potero
ſi michi ſemꝑ et indiſrupte coheret
diuina ꝓtectio. Suffultū namq;
me tua defenſione tēptare zabulꝰ
nō audebit; illud obiciens et exꝓ
brans. uel michi uel tibi. qd̄ adū
ſus athletas tuos ſolet calumpni
oſa voce ꝓferre. Num gratis iob co
lit deum? Nonne tu vallaſti eum
ac domū eius? vniūſaq; ſubſtanti
am eius per circuitū? Sed magis
peto ne me uſq̄quaq; deſeras; qd̄
grece dicit̄ eoſphoara. id eſt uſq̄
ad nimietatē. Qūtū eni michi i vti
le eſt ſi me paululū ſubrelinquas
vt deſiderij mei cōſtantia cōprobe
tur; tātū noxiū eſt ſi ꝓ meritis ac
delictis meis nimiū me deſeri paci
aris. quia nulla vtus huāna ſi diu
tiꝰ in tēptatione tuo deſerat̄ auxi
lio. ſua poterit cōſtantia ꝑdurare;
et nō ꝓtinus adūſarij vel potētie
vl̄ factioni ſucūbere. niſi tu ipē qui
es humanarū virium cōſcius. ac
luctaminū moderatorꝫ. non ꝑmiſe
ris temptare nos ſuꝑ id quot poſ
ſumus; ſed feceris cū temptatione
et exitū. ut ſuſtinere poſſimꝰ. Ta
le quid ⁊ in iudicū libro ſuꝑ exter
minatione gentiū ſpiritaliū. que
aduerſātur iſraheli; miſtice legiꝰ
deſignatū. Hce ſūt gentes quas
dominus dereliquit vt erudiret in
eis iſrahelem; et vt haberent con
ſuetudinē cum hoſtibus preliandi.
Et iterum poſt pauca. Dimiſitq; e
os dn̄s. vt in ipſis experiretur iſra
elem vtrū audirent mādata domi
ni; q̄ pceperat patribꝰ eorū ꝑ ma
nū moyſi. an nō. Quā vtiq; pug
nam non inuidēs quieti iſraelis.

nec male eidē conſulens·ſed ſciēs
eſſe vtiliſſimā reſeruauit· vt dum
gentiū iſtarū īpugnatōe deꝓmē
tur: nunq̄ ſe ſentiret auxilio domi
ni nō egere· et ob id ſemꝑ in eius
meditatōe et inuocatōe ꝑſiſtēs·
nec inertia ſolueretur· nec bellādi
vſū et exercitia virtutis amitteret
Frequēt̄ enim quos nō potuerūt
aduerſa ſupare· ſecuritas et ꝓſpe
ritas deiecerūt ¶ Septimū

HAnc pugnā vtiliter nr̄is
quoq; inſertā mēbris·eci
am in apoſtolo ita legi9·
Caro enī concupiſcit aduerſus ſpi
ritū: ſpiritus vero aduerſus car
nē Hec aūt inuicē aduerſāt̄ ſibi:
vt nō queciūq; vultis illa faciatis
Habes ⁊ hic pugnā inuiſceratam
quodāmō corpori noſtro·diſpēſati
one domini paratā· Quicq̄d enī
generaliter et ſine aliqua exceptio
ne oībus ineſt quid aliud iudicari
p̄t·niſi ipſi huāne ſubſtātie poſt ru
inā p̄mi hominis velut naturalit̄
attributū? Et qđ vniuerſis cōge
nitū concretūq; dep̄hēdit̄· quō nō
credendū eſt arbitrio dn̄i nō nocē
tis ſ; cōſulentꝭ inſertū? Cauſā ve
ro hui9 belli id eſt carnis et ſpūs
hāc eē ꝓnūtiat·vt nō q̄cq̄t queciū
q; vultis illa faciatꝭ Ergo id qđ
ꝓcurauit de9 vt a nobis nō poſſit
īpleri id eſt vt non queciūq; volu
m9 illa faciam9: ſi impleatur quid
aliud credi p̄t eē q̄ noxiū? Et eſt
quodāmō vtil̄ hec pugna nobis
diſpenſatōe creatoris inſerta·et

ad meliorē ſtatū ꝓuocans atq; ꝯ
pellēs · Qua ſublata·ꝓculdubio
pax eḡrio ꝑnicioſa ſuccedēt ¶ viii

GErman9 Licet nobis q̄dā
ītellcūs ī ea ꝑlucē videat̄
tn̄ q̄a necdū poſſu9 apl̄i
ſentētiā ad liq̄dū ꝓuidē· volu9 hāc
nobis apti9 explanari Tres enī
res hic indicari videt̄· Prima car
nis aduerſ9 ſpiritū pugna Secđa
ſpūs adūſus carnē ꝯcupia· Ter
cia voluntas nr̄a q̄ velut media col
locat̄ De qua dicit̄· Vt nō queciū
q; vultꝭ illa faciatꝭ Sup qua re li
cet vt dixi ſuſpitiōes q̄ſdā ex hijs
q̄ poſita ſt̄ itelligētie colliga9 volu
m9 tn̄ q̄a ſe h9 obtulit collatōis oc
caſio·aliq̄d nobis lucidi9 diſputari

DAniel Diſcernē diui ¶ ix
ſiōes ⁊ lineas queſtionū
portio itellcūs ē ⁊ maxia
pars intelligentie ſcire q̄d neſcias
Propt̄ q̄d dicit̄· Inſipienti iterro
gāti ſapīa ꝛputabit̄ Quia licz is
q̄ interrogat vim ꝓpoſite q̄ſtiōis
ignoret: tn̄ q̄a prudēter inq̄rit·⁊ ī
telligit q̄d nō intelligat· hoc ipm
illi reputabit̄ ad ſapiam·eo q̄ q̄d
neſciret prudēter agnouit· Secđm
diuiſionē itaq; veſtrā: tres h̄ loca
res ab aplō numerari videt̄ Cōcu
piſcentia carnis aduerſus ſpm̄·⁊
ſpūs aduerſ9 carnē·quarū adūſū
ſe inuicē pugna· hāc videt̄ hēre cau
ſā atq; rōnē: vt ea q̄ volum9 inq̄t
facere nequamus Quarta igit̄ ſuꝑ
eſt cauſa quā minime vos vidiſtis
vt illud ſcilicet qđ volum9 facia9·

Nūc ergo opus eſt nobis. vt pri
us duaꝝ ꝯcupiſcentiaꝝ vim. id ē
carnis et ſpūs agnoſcamꝰ: et ita
demū que ſit voluntas nrā q̄ inter
vtraqꝫ poſita eſt diſcutere valeamꝰ
deinde q̄d poſſit voluntatis noſtre
non eſſe: ſimiliter diſcernamus

Capitulū x.

Vocabulū carnis in ſcrip
turꝭ ſanctis multifarie le
gimus nominari. Nam
nōnūq̄ ſignificat hōīe integrū. id
eſt qui ex corpore ꝯſtat ⁊ anima
vt ibi. Verbū caro factū eſt. Et
videbit omīs caro ſalutare dei nrī
Nonnūq̄ hōīes peccatoēs ⁊ car
nales. vt ibi. Non ꝑmanebit ſpi
ritus meus in hōībus iſtis eo q̄
ſint caro Interdū ꝓ ipſis peccatꝭ
po nitur vt ibi. Vos aūt nō eſtis
anime reſeratos. ꝛ aures habent
ad audiēdū euidēt̄ exꝑſſit. Cū ti
bi ꝓpe viciorū carnaliū bella ſuc
ceſſerīt. ꝛ videris te de ipoꝝ ceno
ꝛ ɔuerſatiōe mūdi iſtius liberatū

non tue id virtuti nec ſapientie ꝓ
uentũ pugne atqȝ victorie inflat9
aſſcribas· credẽs te ꝓpter laboꝛes
et ſtudiũ tuũ et arbitrij libertatẽ·
de ſpũalibus nequitijs· uł carna
lib9 vicijs obtinuiſſe victoriã· qui
bus procul dubio in nullo penit9 ꝑ
ualere potuiſſes· niſi te grã dñi cõ
muniſſꝫ· ac protexiſſꝫ auxiliũ·

Cplm· xv·

Hee ſũt ſeptẽ gentes qua
rũ terras egreſſis de egip
to filijs iſrł daturũ ſe dñs repromi
ſit· Que omia ſcdm aplm cũ in fi
gura cõtingerent illis ad nrãm cõ
monitionẽ ſcripta debem9 accipe
Ita enĩ dicitur· Cũ introduxerit
te dñs deus tuus in terrã quam
poſſeſſurus ingrediens· ⁊ deleue
rit gentes multas corã te· etheũ·
et gerſeũ· ⁊ amorreũ· chananeũ·
et ferezeũ· ⁊ eueũ· ⁊ iebuſeũ· ſeptẽ
gentes multo maioris numeri ꝗ̃
tu· et robuſtiores te· tradideritqȝ e
as dñs deus tibi· percuties eas uſqȝ
ad internetioẽm Que võ multo ma
ioris numeri eſſe dicũtur· hec raci
o eſt· quia plura ſt vicia ꝗ̃ vtutes
Et ideo in cathalogo quidẽ dinu
merãtur ſeptẽ nationes· in expug
natione vero earũ ſine numeri aſ
ſcriptione ponũtur Ita enĩ dicitur
Et deleuerit gentes multas corã
te· Numeroſioꝛ eſt enĩ ꝗ̃ iſrł car
naliũ paſſionum ꝑplus· qui de hoc
ſeptenario fomite vicioꝝ ac radice
procedit· Exinde enĩ pullulant ho
micidia· cõtẽtiones· hereſes· furta
falſa teſtimonia· blaſphemie· com
meſſationes· ebrietates detractio
nes· iudicia turpiloquiũ· mẽdacia
ꝑiuria· ſtultiloquia· clamoꝛ· indig
natio cõteptus· murmuratio· ſcurrili
tas· inquetudo rapacitas· amaritu
do tẽptatio· deſperatio· multaqȝ a
lia que cõmemorare perlongũ eſt
Que cũ a nobis leuia iudicentur
quid de illis apoſtolus ſenſerit uł
quã ſuꝑ hijs ſentẽtiã tulerit audia
m9· Neqȝ murmurauerit inquit
ſicut quidã illoꝝ murmurauerũt·
et perierũt ab exterminatore· Et
de tẽptatioẽ· Neqȝ tẽptem9 criſtũ
ſicut quidẽ illoꝝ tẽptauerunt et a
ſerpẽtib9 perierũt· De detractio
ne· Noli diligere detrahẽ· ne era
diceris· De deſperatione Qui deſ
perãtes ſemetipõs tradiderũt ipu
dicitie· in operatione oĩs erroris im
mundicie· Que vero clamoꝛ ſicut et
indigñtio ⁊ blaſphemia cõtẽpnetur
eiuſdẽ apli vocibus manifeſtiſſime
ꝓdocemur· ita ꝑcipientis· Omĩs a
maritudo· et ira· et indigñtio· et cla
moꝛ· et blaſphemia· tollatur a vo
bis cũ omĩ malicia· Aliaqȝ cõplu
ra hijs ſimilia· q̃ cũ ſint multo ma
ioris numeri ꝗ̃ vtutes· deuictis ta
men illis octo ꝑncipalibus vitijs
ex quoꝝ natuã eas certũ eſt ema
nare· omẽs ꝓtinus cõqeſcũt· ac ꝑ
petua pariter cũ hijs internetione
delentur· De caſtrimargia nãqȝ
naſcũt cõmeſſationes ebrietates
De fornicatione turpiloquia· ſcur
rilitas· ludicra· ac ſtultiloquia·

De philargiria· mēdaciū· fraudati
o· furta· piuria· turpis lucri appeti
tus· falſa teſtimonia· violentie· in
humanitas ac rapacitas De ira·
homicidia· clamor· et indignatio·
De triſticia· rācor· puſillanimitas
amaritudo deſperatio· De accidi
a ocioſitas· ſompnolētia· iportuni
tas· inquietudo· peruagatio· inſta
bilitas mentis et corporis· verboſi
tas et curioſitas De cenodoxia· cō
tentioēs· hereſes· iactantia· ⁊ pre
ſūptio nouitatum De ſuperbia· cō
tēptus· inuidia· inobedientia· blaſ
phemia· murmuratio· detractio·
Qꝫ autē hee peſtes eciā robuſtio
res ſint· manifeſte nature eciā ipiꝰ
impugnatione ſentimꝰ Fortior enī
in mēbris noſtris militat oblecta
tio carnaliū paſſionū vel viciorum
ꝙ ſtudia ſpūaliū ꝟtutū que nō ni
ſi ſūma cōtritione cordis ⁊ corꝑis
acquirūtur Si aūt ⁊ illas inume
rabiles hoſtiū catervas ſpūalibꝰ o
culis ɔtēpleris· quas beatus apoſ
tolꝰ enumerat dicēs· nō eſt nobis
colluctatio adūſus carnē ⁊ ſāgui
nē· ſꝫ adūſus p̀ncipatꝰ· adūſus po
teſtates· adūſus mūdi rectores te
nebrarū harū· ɔtra ſpūalia neq̄cie
in celeſtibꝰ· ⁊ illud qḋ de viro iuſ
to in nonageſimo dicit̄ pſalmo· ca
dēt a latere tuo mille· ⁊ decē milia
a dextris tuis· liq̄do ꝓuidebis· ꝙ
multo maioris numeri ſint ⁊ vali
diores ꝙ nos· carnales ſcꝫ atqꝫ
terreni· q̄ppe cū illis ſpūalis atqꝫ
aerea ſubſtātia cōceſſa ſit Xvi·

Germanꝰ· Quomō igit̄
octo ſūt vicia q̄ nos īpug
nāt· cū ꝑ moyſen ſeptē di
numerate ſint gentes q̄ aduerſan
tur ꝓplō iſraeli· vel quēadmodū
terras viciorū cōmodū nobis eſt
poſſidere? Capitulū xvij·

Serapion Octo eſſe prīci
palia vicia· q̄ īpugnāt mo
nachū· cunctorū abſoluta
eſt ſententia· q̄ figuralit̄ ſub gētiū
vocabulo noīata· idcirco nunc oīa
nō ponūt̄· eo ꝙ egreſſis iam de e
gipto ⁊ liberatis ab vna validiſſiā
id eſt egiptiorū· moyſes vel ꝑ ipſū
dn̄s loquebatur in deutronomio·
Que figura in nobis quoqꝫ rectiſſi
me ſtatē deꝑhendit̄· q̄ de ſeculi laq̄
is expediti· caſtrimargie id eſt ven
tris vel gule vicio caruiſſe cognoſ
cimur Et habemꝰ iā ɔtra has reſi
duas ſeptē gētes ſimili racione cō
flictū· p̄ma ſcꝫ q̄ iam victa eſt mini
me ɔputata Cuiꝰ eciā terra ī poſ
ſeſſionē iſraeli nō dat̄· ſꝫ vt deſerat
eā ꝑpetuo ⁊ egrediat̄ ab ea dn̄i p̄
ceptione ſancit̄· Et idcirco ita ſūt
moderāda ieiunia· vt nō neceſſe ſit
ꝑ īmoderationē ɔtinētie· q̄ defecti
one carnis vel īfirmitate cōtracta
eſt· reuerti rurſus ad egiptiā terrā
id eſt ad p̄ſtinā gule ⁊ carnis ɔcu
piſcētiā· quā cū mūdo huic abrenū
ciatemꝰ abieamꝰ Qḋ figuralit̄ il
li ꝑpeſſi ſūt· qui egreſſi ī ſolitudinē
ꝟtutū· rurſus deſideraverūt ollas
carnium ſuper quas ſedebant in e
gipto Capitulū decimūoctauū·

QUod autem illa gens in
qua nati ſunt filij iſrahel
nō penitus extingui· tan
tūmodo deſeri eius terra p̄cipitur
hec vero ſeptē uſ ad internetionē
iubētur extingui· hec racio eſt · q
q̄tolibet ſpūs ardore ſuccenſi he
remū v̄tutū fuerim9 ingreſſi: vici
nitate ac miniſterio caſtrimargie·
et quodāmō ꝯmertio eius cotidia
no nequaq̄ carē poterim9· Sem
per eni in nobis edulij ⁊ eſcarum
deſideria· vt ingenitus ac natura
lis viget affectus: licet amputarē
ſuꝑfluos eius appetitus ac deſide
ria feſtinem9· Que ſicut ꝑ omnia
deleri nō poſſūt: ita debēt quadā
declinatione vitari· De hac enim
dicitur· Et carnis curā ne feceritꝭ
in deſiderijs· Hui9 ergo curā quā
p̄cipimur nō per omīa abſcidē· ſed
abſ deſiderijs exhibere dū retine
mus affectū: euidēter egiptiā na
tionē nō extinguim9· ſed ab ipſa
quadā diſcretione ſeꝑamur· nō de
ſuꝑfluis ſeu lautiorib9 epulis cogi
tātes· ſed ſcdm aplm victu cotidia
no indumentoq ꝯtenti Qd ita fi
guralit̄ etiā in lege mandat· Nō
abhominaberꝭ egiptiū: quia fuiſti
incola in terra ei9· Neceſſari9 eni
vict9· corpi nō ſine vel ipius ꝑnici
e uł aīe ſcelere denegatur· Illarꝫ
vero ſeptē ꝑturbationū velut oīmo
dis noxiarū: de receſſibus aīe nr̄e
penitus exterminādi ſūt motus·
De hijs eni ita dr̄· Omis ama
ritudo ⁊ ira et indigtio ⁊ blaſphe
mia auferat a vob cū omi malicia
Et iterū· Fornicatio aūt ⁊ omnis
immūdicia· ⁊ auaricia nec nomine
tur in vobis: aut turpitudo· ꝗ ſtul
tiloquiū· ꝗ ſcurrilitas· Poſſumus
g̊ hoꝝ q̄ nature ſupinducta ſunt ra
dices abſcidē viciorū: vſū vero caſ
trimargie nequaq̄ valebim9 am
putare· Nec eni poſſum9 q̄tūlibꝫ
ꝓfecerim9· id nō eſſe qd naſcimur
Qd ita eſſe tam nrā qui ſum9 ex
igui: q̄ oīm ꝑfectorū vita et ꝯuer
ſatione mōſtratur Qui cū reliqua
rū paſſionū reciderīt ſtimulos· atꝫ
heremū toto mentꝭ feruore ⁊ cor
porꝭ expetāt nuditate· nichilomi
n9 cotidiani victus ꝓuidētia· ⁊ an
nui panis ꝓparatioē nequeūt liberari

Caplm xix

HUius paſſiōis figurā qua
neceſſe eſt q̄uis ſpūalem
ſūmūqꝫ monachū cruciari: ꝓprie
tatꝭ aq̄le ſimilitudine deſignatur
Que cū excelſiſſimo volatu vltra
nubiū fuerit altitudinē ſublimata
ſeſeq ab oculis cūctorꝫ mortaliū
a facie terre toti9 abſconderit: cur
ſus ad valliū yma ſubmitti ⁊ ad
terrena deſcendē· ac morticinis ca
dauerib9 implicari vētrꝭ neceſſita
te ꝯpellitur· Quib9 manifeſte cō
ꝓbatur inditijs: caſtrimargie ſpi
ritū nequaq̄ poſſe vt cetera reſecari
vel ꝑ omīa ſimulit̄ extingui· ſ acu
leos eius ⁊ ſuꝑfluos appetitus v̄
tute animi retūdi tm̄ atq cohiberi

Caplm· xx·

NAm huius vicij naturã q̃
dã ſenũ cum philoſophis
diſputãs. q̃ eũ p ſimplici
tate xpiana velut ruſticũ accederet
fatigãdũ. ſub hoc pbleumatꝫ figu
rans colore elegant̃ expſſit Mul
tꝫ inq̃t creditoribꝰ pr̃ meꝰ me de
reliq̃t obnoxiũ Ceterꝫ ad integrũ
ſoluẽs ab omni ↄuẽtioĩs eorũ mo
leſtia liberatus ſũ. vni ſatiſfacẽ nõ
poſſũ cotidie ſoluendo Cũq3 illi ig
norãtes vim ppoſite q̃ſtioĩs abſo
lutioĩs eꝰ peacio poſtularẽt. mul
tꝫ ait vicijs fui naturalibꝰ cõſtric
tus. ſꝫ ĩſpirãte dño deſideriũ liber
tatis ĩcitãs vel tãq̃ moleſtiſſimis
creditoribꝰ renũcians huic mũdo
et omnẽ ſubſtãciã q̃ michi ſucceſſio
ne pris obuenerat. a me piter abi
ciens ſatiſfecĩ; atq3 ita ab eis om
nimodis abſolutus. caſtrimargie
vero ſtimulis nullo mõ carere põ
lui Nec enĩ q̃uis cã in paruũ mo
dũ viliſſimãq3 redegerim q̃titatẽ
vim cotidiane cõpulſionis euito;
ſed neceſſe eſt me ppetuis eiꝰ ↄuẽ
tionibus purgeri. et interminabi
lẽ q̃odam ſolutionẽ iugi functioẽ de
pendere. et ĩexplebile indictioĩbꝰ
eius inferre vectigal. Tũ illi hũc
quẽ vl̃ vt ydiotam ac ruſticũ ante
deſpexerãt; pnũciauerũt primas
philoſophie ptes id eſt ethicã diſci
plinã adpme ↄphendiſſe. mirati
admodũ potuiſſe eũ naturalit̃ aſ
ſequi q̃ ei nulla ſecularis eruditio
ↄtuliſſet; cũ ipſi ſudore multo lon
gaq3 doctrina ita hec attingere ne
q̃uiſſent Hec de caſtrimargia ſpe
cialiter dixiſſe ſufficiat Nũc reuer
tamur ad diſputationẽ quã de ge
nerali viciorum cognatione repera
mꝰ exponere Caplm̃ xxi

CUm ad abrahã de futu
rꝫ dñs loq̃retur. qđ vos
minime requiſiſtis. nõ ſcp
te gentes legitur dinumeraſſe. ſꝫ
decẽ; quarũ terra ſemini eius dãda
pmittitur Qui numerus adiecta
ydolatria atq3 blaſphemia euidẽ
ter impletur. Quibꝰ ante noticiã
dei et graciã baptiſmi. vel ĩpia gẽ
tiliũ. vl̃ blaſphema iudeorũ mul
titudo ſubiecta eſt. donec ĩ ĩtellectu
ali egipto ↄmoratur. Si aũt ab
renũcians quis et egreſſus exinde
p graciam dei. deuicta piter caſtri
margia ad heremũ pueneit ſpũa
lẽ. de ĩpugnatione triũ gentiũ libe
ratus. ↄtra ſeptem tãtum que per
moyſen dinumerantur bella ſuſci
piet.

Caplm̃ vigeſimũſecũdũ

QUod vero iſtarũ pniciosa
rũ gentiũ regiones ſalu
briter poſſidere pcipimur.
ita ĩtelligitur. Habet vnũqđq3 vi
ciũ in corde noſtro propriam ſtati
onẽ; quã ſibi vendicans in anime
noſtre receſſu exterminat iſraelẽ.
id ẽ ↄtẽplationẽ rerũ ſũmarũ atq3
ſanctarum. eiſq3 ſemper aduerſari
non deſinit Non enim poſſunt vir
tutes cũ vicijs piter morari Que
enĩ pticipatio iuſticie cũ iniquitate.
aut que ſocietas luci cũ tenebris?

Sed aũ ab iſraclitico ꝑplo id eſt a
ꝟtutibꝫ ꝯtra ſe dimicãtibꝰ fuerĩt
vicia ſuꝑata·locũ quẽ ſibi in corde
nrõ ꝯcupiſcentie uł fornicationis
ſpũs retinebat· deinceps caſtitas
obtinebit· Quẽ furor repat ꝫ paci
entia vendicabit· Quẽ triſticia mor
tẽ operans occupauerat ꝫ ſalutaris
⁊ plena gaudio triſticia poſſidebit
Quẽ accidia vaſtabat ꝫ incipiet ex
colere fortitudo· Quẽ ſuꝑbia ꝯcul
cabat ꝫ humilitas honeſtabit· Et
ita ſingulis vicijs expulſis ꝫ eorũ
loca id eſt effectus ꝟtutes ꝯtrari
e poſſidebũt· que filij iſraelis· id ẽ
aĩe videntꝭ deũ nõ inmerito nũcupã
tur · Qui aũ vniuerſas cordis ex
pulerĩt paſſiones ꝫ non tã alienas
poſſeſſiones ꝑuaſiſſe· ꝙ ꝓprias recu
ꝑaſſe credẽdi ſũt ¶ Caplm xxiij·

Et enim quantũ docet ve
tus traditio has eaſdem
terras chananeorũ in quas intro
ducũtur filij iſrael· filij ſem quõdã
fuerant in orbis diuiſione ſortiti ꝫ
quas deinceps ꝑ vim atqꝫ potẽtiã
poſteritas cham ꝑuaſiois iniq̃ta
te poſſedit· In quo ⁊ dei iudicium
rectiſſimũ ꝯꝓbatur ꝫ qui ⁊ illos
de locis alienis expulit q̃ male oc
cupauerãt· ⁊ iſtis tꝙ patrꝝ poſſeſſi
onẽ q̃ ꝓſapie eorꝝ in diuiſione or
bis fuerat deputata reſtituit Que
figura in nobis quoqꝫ ſtare certiſſi
ma racione cognoſcitur Nam vo
lũtas dñi poſſeſſioẽm cordis nrĩ·
nõ vicijs ſꝫ ꝟtutibus naturaliter
deputauit Que pꝰ ꝑuaricationẽ
acie inſoleſcentibꝰ vicijs· id eſt po
pulis chananeis a ꝓpria regione
depulſe· rurſũ aũ eis ꝑ dei grãꝫ di
ligẽtia nrã ac laborꝫ fuerĩt reſtitute
nõ tam alienas occupaſſe terras
ꝙ ꝓprias credẽde ſũt recepiſſe·
¶ Caplm xxiiij·

De hijs octo vitijs in euã
gelio ita ſignificatur Cũ
aũt inmũdꝰ ſpũs exierit ab hõine
ambulat ꝑ loca arida ⁊ inaquoſa
q̃rens req̃em et nõ inuenit· Tũc
dicit· Reuẽtar in domũ meã vnde
exiui· Et veniens inuenit vacantẽ
ſcopis mũdatã ⁊ ornatã· Tunc
vadit ⁊ aſſumit alios ſeptẽ ſpũs
neq̃ores ſe ⁊ intrãtes habitãt ibi
Et fiunt nouiſſima hominis illi
us peiora ꝑorıbꝰ Ecce vt ibi ſeptẽ
gentes legimꝰ excepta egiptiorũ
de qua egreſſi ſũt filij iſrael· ita et
hic ſeptẽ reuerti ſpũs dicũtur im
mũdi· excepto eo q̃ ab hõine ꝑus
narratur egreſſus · De hoc ſepte
nario fomite viciorꝝ· ſalomõ quoꝫ
in ꝓuerbijs ita deſcribit· Si te ro
gauerit inimicus tuus voce mag̃·
ne ꝯſenſeris ei Septẽ eni nequicie
ſũt in aĩa eius· Id eſt ſi ſuꝑatꝭ caſ
trimargie ſpũs ceperit tibi ſua hu
miliatione blandiri ꝫ rogans quo
dãmõ vt aliquid relaxans a cepto
feruore inꝑtias ei q̃d continentie
modũ ⁊ menſurã iuſte diſtrictioĩs
excedat· ne reſoluaris eius ſubiecti
one · nec arridente impugnatio
nis ſecuritate qua viderꝭ paulisꝑ
a carnalibꝰ incentiuis facꝰ q̃etior

ad priſtinā emiſſionē vel pteritas
gule ꝯcupiſcētias reuertatur. Per
hec eni dicat ſpūs ille quē viceras
Reūtar in domū meā vnde exiui.
Et precedētes ex eo cōfeſti ſeptē ſpi
ritꝰ viciorū erunt tibi acriores ꝙ
illa paſſio que in pmordijs fuerat
ſupata: qui te mox ad deteriora p
trahent genera pccōrū ¶ xxv.

Quapropter ieiunijs et cōti
nētie incūbātibus nobis
feſtinādū eſt vt gule paſſi
one ſupata. ptinꝰ animā nrām va
cuā eſſe a neceſſarijs v̄tutibꝰ nō
ſinamꝰ. ſed eis vniuerſos receſſus
cordis noſtri ſtudioſiꝰ occupemꝰ.
ne reuerſus ꝯcupiſcentie ſpūs ina
nes nos ab ipſis vacātes reperiat
et nō ſibi iā ſoli aditū parare cōten
tus. introducat ſecū in animā noſ
trā ſeptenariū hūc fomitē viciorū.
et faciat nouiſſima noſtra peiora
prioribus. Turpior eni erit poſt
hec et imūdior anima. ac ſupplicio
grauiore plectetur. que ſe renūciaſ
ſe huic ſeculo gloriatur dominanti
bꝰ ſibi octo vicijs. ꝙ fuerat quon
dā in ſeculo conſtituta. cū nec diſci
plinā monachi fuiſſet pfeſſa nec
nomen. Nam nequiores hij ſeptē
ſpiritus illo priore qui egreſſus fu
erat idcirco dicitur: quia deſideri
um gule id eſt caſtrimargie p ſeſe
non eſſet noxiū. niſi intromitteret
grauiores alias paſſiōes. id eſt for
nicationis. philargirie. ire. triſtici
e. ſiue ſuperbie: que p ſemet noxia a
nime ac pemptoria eē n̄ dubiū ē
Et idcirco pfectionē et puritatē nū
ꝙ poterit obtinere: ꝗſquis eā de
hac ſola ꝯtinētia. id eſt ieiunio cor
porali ſperauerit acqrendā. niſi no
uerit ob id ſe hanc exercere debere
vt humiliata carne ieiunijs. facili
us poſſit aduerſus alia vicia inire
certamē nō inſoleſcēte carne ſatu
ritatis ingluuie. ¶ Caplm xxvi.

Sciendū tamē nō eūdem
eſſe in oībꝰ nobis ordinē
pliorū: qa ſicut diximus
nō vno mō ipugnamur oēs. et o
portet vnūquēqꝫ noſtrū ſcd̄m qua
litatē belli quo principalit̄ infeſtat
cōcertationū luctamē arripere. ita
vt aliū neceſſe ſit aduerſus viciū
qd̄ terciū ponitur. pmū exercere cō
flictū. aliū cōtra quartū ſiue quītū
et ita put obtinēt ipſa vicia ī nobꝫ
principatū. vt que ipugnatiōis ex
igit modꝰ. nos quoqꝫ oportet or
dinē inſtituē pliorū: ſcd̄m quē p
uētus quoqꝫ victorie triūphiqꝫ ſuc
cedens. faciet nos ad puritatē cor
dis et pfc̄ōis plenitudinē puenīe

¶ Hucuſqꝫ ſerapion de natura octo
principaliū viciorū nobis diſſerēs.
latentiū in corde noſtro paſſionū
genera quarū cauſas atqꝫ affinita
tes cū ab ipſis cotidie vaſtaremur
nec cognoſcere penitus antea nec
diſcernere poteramꝰ. ita luce re
ſerauit. vt eas quodāmō ante ocu
los poſitas intueri nobis velut in
ſpeculo videmur.

¶ Explicit collatio abbatꝭ ſerapi
onis de octo vicijs principalibus

¶ Incipiũt capitula prime collationis abbatꝭ sereni·


¶ De caſtitate abbatꝭ ſereni ·I·
¶ Interrogatio p̃dicti ſenis ſup ſtatu cogitationũ nrãꝝ ·ij·
¶ Reſpõſio nrã ſuper aĩe volubilitate· Caplm ·iij·
¶ Diſputatio ſenis de ſtatu aĩe ac v̓tutꝭ eius ·iiij·
¶ De pfectione aĩe ex ſimilitudine euãgelice cẽturioĩs aſſũpte· V·
¶ De pſeuerãtia erga cotidianã cuſtodiam ·Vi·
¶ Interrogatio de mobilitate anime ⁊ ĩpugnatione celeſtiũ neq̃ciarũ Caplm ·Vij·
¶ Reſponſio ſup adiutorio dei ⁊ liberi arbitrij poteſtate ·Viij·
¶ Interrogatio ſup aĩe ac demonũ ꝯiũctione ·IX·
¶ Reſponſio in quẽ modũ ſpũs immũdi humanis mentibꝰ copulentur Caplm ·X·
¶ Obiectio vtrũ poſſint ſpũs immũdi eoꝝ quos ſuppleuerant aĩabꝰ inſeri vł vniri ·Xi·
¶ Reſpõſio queadmodũ energuminis imũdi ſpũs dnẽnt ·Xij·
¶ Qꝫ ſpũs ſpiritui penetrabilis eſſe nõ poſſit· ⁊ de incorporeo ſolo deo· Caplm ·Xiij·
¶ Obiectio qua demones credi debeant cogitatioẽs hoĩnũ peruidere ·Xiiij·
¶ Reſpõſio quid poſſint demoẽs in cogitationibus hominũ quid ve non poſſint ·Xv·
¶ Similitudo qua ſpũs immũdi cogitationes hominũ doceantur agnoſcere ·Xvi·
¶ De eo ꝙ nõ ſinguli q̃qꝫ demones vniũſas hoĩbꝰ ingerãt paſſiones· ·Xvij·
¶ Interrogatio an intꝰ demoẽs impugñtioĩs ordo ac viciſſitudinis diſciplina ſeruetur ·Xviij·
¶ Reſpõſio in quẽ modũ ꝯſenſio demonũ ſup viciſſitudinis ĩpugñtione ſubſiſtat ·Xix·
¶ De eo ꝙ nõ ſũt viniꝰ fortitudinis ꝯ̃trie poteſtates ·Xx·
¶ Nec tẽptandi facultas in eoꝝ ſit arbitrio collocata ·Xxi·
¶ De eo ꝙ nõ ſit ptãs nocẽdi in arbitrio demonũ collocata Xxij
¶ De imminuta demonum poteſtate ·Xxiij·
¶ Qua rõne demones in eoꝝ ſibi corpa quos arreptura ſũt aditũ patet ·Xxiiij·
¶ De eo ꝙ miſerabiliores ſint hij qui vicijs ꝙ̃ qui ab ipſis demonibꝰ poſſidetur ·Xxv·
¶ De necꝫphẽ ſeducti ·Xxvi·
¶ De infirmitate abbatis pauli quã ꝓ ſua emũdatione ꝓmeruit· Caplm ·Xxvij·
¶ De temptatione abbatꝭ moyſi Caplm ·Xxviij·
¶ De eo ꝙ ſperni nõ debeãt hij qui ſpiritibꝰ traduntur immũdis Caplm ·Xxix·
¶ Obiectio cur hij ſpiritibꝰ imundis traditi a ꝯmunione dominica ſeparẽtur ·Xxx

Reſponſio ſuper ꝓpoſita queſti
one Capitulum xxxi.
De eo ꝙ miſeri ſunt hij qui te
poralibus iſtis temptationib9 ſub
di non merētur. Caplm xxxij.
Diuerſitate ſtudiorum ac volū
tatum que in aerijs poteſtatibus
exercentur Caplm xxxiij.
Interrogatio vnde differenti
a nequitiarū celeſtium tanta pro
ceſſerit Caplm xxxiiij
Dilatio ſuper propoſite queſtio
nis abſolutione.
Capitulum triceſimūquintum

Incipit collatio prima abbatis
ſereni de anime mobilitate et ſpiri
tualibus nequicijs
Capitulum primum

Summe ſāctitatꝭ
et ↄtinentie virū
noīſ ſui ſpeculū
abbatem ſerenū.
quē ſingulari ſu
mus veneratione
ꝑ ceteris āmirati ſtudiorū mētib9
inſinuare cupiētes: alias arbitra
mur deſideriū noſtrū nos explere
nō poſſe. ꝙ ſi collationes ei9 nrīs
libellis teptauerim9 inſerere. Cui
ſupra oēs ꝟtutes que nō ſolū in
eius actu vel moribus. ſed etiā in
ipſo vultu ꝑ dei graciā refulgebāt.
ita eſt peculiari beneficio donū caſ
titatis infuſū. vt etiā ſe nec ipſis
quidē naturalib9 incentiuis inquie
tari vel in ſopore ſentiret. Ad quā
tamē carnis ꝓpriā puritatē. quē
admodū grā dei āminiculāte ꝑue
nerit: quoniā ſupra cōditionē na
ture videtur humane. neceſſariū
reor primitus explicare.
Caplm ſecundū.
Hic igitur pro interna cor
dis atq3 anime caſtitate
nocturnis diurniſ ꝓcib9
ieiunijs quoq3 ac vigilijs īfatiga
biliter inſiſtens. cū vidiſſet orōnū
ſuarū obtinuiſſe ſe vota. cūctoſ eſ
tus in corde ſuo ↄcupiſcētie carnis
extinctos. velut ſuauiſſimo guſtu
puritatꝭ accenſ9. in maiorē ſitim
zelo caſtitatꝭ exarſit: et intentiori
bus cepit ieiunijs atq3 obſecratio
nibus incubare. vt mortificatio paſ
ſionis hui9 que interiori homini ſo
lo dono dei fuerat attributa. ad ex
terioris etiā puritatē caten9 ꝑueni
ret: vt ne ipō quidē vel illo ſimpli
ci ac naturali motu qui etiā in par
uulis atq3 lactētib9 excitatꝛ. vlteri
us pulſaretur. indepti ſcilicet mu
neris expimēto qd̄ ſe nouerat nō
laborꝫ merito. ſꝫ dei grā ↄſecutū ac
cēti9 aīatus ad hoc quoq3 ſimiliꝛ
obtinēdū: credens multo facilius
hos ſtimulos carnis radicit9 deū
poſſe cōuellere. quos etiā humane
artis induſtria nōnūꝙ̄ ſolet quib9
dā poculis vel medicamentis ſeu
ferri ſectione detrahere. quādoqdē
illā ſpūs puritatē que ſublimior ē
quāq3 ipoſſibile ē huāno laborē vl
ſtudio cōpḣēdi ſuo munere ↄtuliſſꝫ

Cūq̄ petitioni cepte ſupplicatione
iugi ac lacrimis indefeſſus inſiſte
ret: adueniēs ad eū angelꝰ in vi
ſione nocturna· eiuſ velut apiens
vterū· quādā ignitā carnis ſtrumā
de eius viſceribꝰ auellēs ac ꝓici
ens· ſuiſ omīa vt fuerāt locis reſ
tituens inteſtina· ecce inquit incēti
ua tue carnis abſciſa ſūt· ⁊ obti
nuiſſe te noueris hodierno die ꝑpe
tuam corpis puritatē· quā fideliē
popoſciſti Hec de grā dei q̄ memo
rato vite viro peculiariter attribu
ta eſt· breuiter dixiſſe ſufficiat·
Ceterū de illis virtutibꝰ quas cū
reliquis ſūmis viris coīter poſſide
bat· aliq̄d ꝯmemorare ſupfluū pu
to· ne ſpecialis ſup nomine hꝰ iſta
narratio· alijs demere videatur·
id qđ de iſto ſingulariē fuerit p̄di
catū Hunc igitur ſūmo deſiderio
collatiōis eius atq̄ inſtitutionis
accenſi· diebꝰ q̄dragesime videre
curauimꝰ· Qui cū a nobis de q̄li
tate cogitationū nrāꝝ· ⁊ interioris
hōis ſtatu trāquilliſſima ꝯpella
tione q̄ſiſſ: uel quid nobis ad eiꝰ
puritatē tanti tēporis hēmi habita
tio ꝯtuliſſ· hijs eū ꝯrimonijs ad
oreſi ſumus

Caplm tertiū

Diſputatio tempoꝝ ac ſo
litudinis habitatio· cuius
ꝯtēplatione coniās inter
ioris hōis pfectionē nos ꝯſequi
debuiſſe: hoc ſolūmō ꝯtulit nobis
vt diſcēmus quid eſſe neqamus·
nō tamen fecit eſſe qđ eſſe ꝯtendi
mus· Nec eni aut deſiderate puri
tatis fixam ſtabilitatē· ā robur ali
quod firmitatis nos ac ſcientie no
uimꝰ aſſecutos· ſ tm̄mō ꝯfuſiōis
ac pudoris augmenta· Etenī cū
oīm diſciplinarū meditatio ad hoc
cotidianis ſtudijs exerceatur atq̄
perficiatur· vt a tepidis rudimētis
ad peritiā certā ſtabilēq̄ ꝑueniēs
incipiat noſſe q̄ p̄mitus l ambigu
e nouerat uel penitus ignorabat·
et firmo vt ita dixerī gradu in illi
us diſcipline q̄litate ꝓcedēs ꝑfecte
in ea ac ſine vlla iam difficultate
verſetur· ecōtrario me in huiꝰ puri
tatis ſtudio laborantē id ſolūmodo
ꝓfeciſſe reperio· ut ſciam quid eſſe
nō poſſim· Ex quo ſm nichil aliud
ſentio q̄ luctū tanta cordis ꝯtriti
one ꝯferri: vt nūq̄ ſcꝫ deſit mate
ria lacrimarū· nec tamē eē deſinā
qđ eſſe nō debeo· Et idcirco quid
ꝓfuit didiciſſe qđ ſūmū eſt· ſi cog
nitū nequeat apphendi? Nam cū
directionē cordis ad deſtinata per
tendē ſenſerimꝰ· inſenſibiliē mens
inde reuoluta· ad p̄ores euagatio
nes impetu vehementiore ꝓlabiē
Et ita cotidianis diſtenſionibꝰ oc
cupata· innumeris captiuitatibꝰ in
ceſſanter abducitur· vt ꝓpemodū
deſperet a nob deſiderata correcti
o· et ſupflua hec obſeruātia videa
tur Siquidē ꝑ momenta ſingula
lubricis diſcurſibꝰ aīmꝰ euagatꝰ
Cūq̄ ad timorē dei uel ꝯtempla
tionē reducatur ſpūalē: priuſq̄ fir
metur in ea curſꝰ fugatꝰ euaneſcit
Cumq̄ eum velut expergefaci

deꝑhēderi9 ab intentione ꝓpoſita
deuiaſſe: atq3 ad illā theoriā vñ
diſceſſerat reducentes voluerim9
eū tenaciſſima cordis intētione ve
lut quibuſdā vinculis obligare. in
ipō conatu noſtro otius q̄ꝫ anguil
la de receſſib9 mentꝭ veloci9 elabi
tur Ob quā rē cotidianis huiuſce
modi obſeruationib9 eſtuātes nec
tamen ex ipis aliqꝺ noſtro cordi
ſtabilitatꝭ robur acceſſiſſe cernen
tes. ad hāc opinionē fracti deſpa
tione traducimur. vt nō nrō iā ſed
nature vicio has aīe ꝑuagatioēs
humano generi ineſſe credamus.

Caplm̄ quartum

Teren9. Periculoſe ꝑſūp
tōis eſt necdū reb9 recte
diſcuſſis nec certa rōe col
lectis. de natuā cuiuſlibet rei ꝓpe
definire: ac de cōſideratioē fragili
tatꝭ ſue cape ꝯiecturā. nec de ſta
tu ac qualitate ipſi9 diſcipline. vel
alioꝝ expiētia ꝓferre ſniā3 Nec
eni ſi q̄s natādi ignar9 ſciens pō
d9 corpis ſui ferre aquarū liquorē
nō poſſe. expimento ſue voluerit i
ꝑitie definire neminē poſſe liq̄dis
elemētꝭ ſolida carne circūdatū ſuſ
tineri. idcirco vera e9 opīo iudican
da ē quā ſcꝺm expiētiā ſuā vi ſ9 eſt
ꝓtuliſſe cū h̄ n̄ ſolū n̄ eſſe īpoſſibi
le ꝫ eciā ꝑfacile ab aliis fieri rōne
certiſſima et oculoꝝ fide nō dubia
ꝓbet Noys id eſt mēs lei chine
tos chepoli chinetos definit id ē
ſemper mobilis ꝛ multū mobilis
Qꝺ eciā i ſapia q̄ dicit ſalomōis

aliis verbis ita deſcribit cai tebiſ
ſcenos brioi noumpoli frontia. Id
eſt et terrenum habitaculū aggra
uat mētem multa cogitantē Hec
igitur ꝓ cōditione natuē nunq̄ꝫ po
teſt ocioſa cōſiſtere. ſed neceſſe eſt
eā niſi prouiſū habuerit vbi ſuos
exerceat motus. et in quib9 iugit
occupetur propria mobilitate diſ
currere. et ꝑ omnia volitare. donec
lōgo exercatio vſuq3 aſſuefacta diu
turno qꝺ vos incaſſum dicitꝭ labo
rare experiatur ⁊ diſcat. quas me
morie ſue materias debeat prepa
rare. erga quas circuagat indefeſ
ſos volatus. et īmorando robur ac
quirat: et ita ꝓualeat aduerſas
inimici ſuggeſtiones quib9 diſtra
hebatur extrudere. atq3 ī illo quē
deſiderat ſtatu et qualitate durare
Non ergo hanc euagationē cor
dis noſtri vel nature humane vel
deo creatori eius debemus aſcribe
re Vera eſt enim ſententia ſcriptu
re. quia deus fecit hominē rectum
et ipſi queſierūt cogitationes ma
las. A nobis ergo earū qualitas
pendet: q̄a cogitatio inquit bona
ſcientibus eā appropiquat. vir āt
prudens inueniet eam Quicquid
autē vt inueniri poſſit noſtre prudē
tie induſtrieq3 ſubiectum eſt. ſi non
fuerit inuentum. ſine dubio noſtre
deſidie vel imprudentie reputādū
eſt. nō vicio natuē Cui ſenſui pſal
miſta quoq3 cōgruit dicēs Beat9
vir cui9 ē auxiliū ei9 abs te dn̄i
ne aſcenſus in corde ſuo diſꝑoſuit

Videt᷑ ergo in nr̄a ditione ꝯſiſte
re: vt ſiue aſcenſ9 id eſt pertīgen
tes ad deū cogitatioēs. ſiue deſcē
ſus ad terrena ſciƷ ⁊ carnalia cor
ruentes in cordibus nr̄is diſpona
m9 Que ſi nō in nr̄a poteſtate con
ſiſteret. nec phariſeos dn̄s icrepaſ
ſet dicēs Qꝫ cogitat᷑ mala in cor
dib9 veſtr᷑? Nec ꝑ ꝓpham dn̄s
p̄cepiſſet dicens. Auferte malū co
gitacionū veſtrarū ab oculis meis
Et uſqꝫ quo morabuntur in te cogi
tatioēs noxie? Nec in die iudicij
earū qualitas quēadmodū operū
exigeret᷑ a nobis. ita ꝑ yſaiam do
mino ꝯminante. Ecce ego inquit
venio vt ꝯgregem opa ⁊ cogitati
ones eorū: cū omibus gentibus
⁊ linguis ꝯtēpnari quidē earū teſ
timonio vel defendi in illo terribiū
atqꝫ metuendo examine ſcd̄m bt̄i
apli ſentētiam merēmur ita dicen
t᷑. Et int̄ ſe inuicē cogitatioibus
accuſātib9 ſi male fuerīt. aut eciā
defendētib9 ſi bone. in die qua iu
dicabit deus occulta hōinū ſcd̄m
euāgeliū meū

Caplm v.

Huius ergo perfcē ment᷑
figura ꝑ illū euāgeliciū cē
turioēm pulcherrīe deſig
tur. cui9 vtus atqꝫ ꝯſtantia qua
nō quibuſlibet ingruentibꝫ cogita
tioibus abducebat᷑. ſꝫ ꝓ ſuo iudici
o ul̄ admittebat bonas vl̄ cōtrari
as abſꝫ vlla difficultate pellebat
hac tropica ſignificatione deſcrip
ta eſt. Nam ⁊ ego hō ſū ſub poteſ
tate ꝯſtitutus habēs ſub me mili
tes. et dico huic vade ⁊ vadit. ali
o veni ⁊ venit. ⁊ ſeruo meo fac hoc
⁊ facit. Si igitur nos quoqꝫ viri
lit̄ adūſus cogitationes ꝑturba
tiones ⁊ vicia dimicātes potueri
m9 ea ditioni nr̄e diſcretioniꝫ ſubi
cere. ac militātes in carne nr̄a ex
tinguere paſſiones. ul̄ inſtabilem
cogitationū nr̄aꝝ cohortē racoīs
imperio ſubiugare. ac dnīce crucis
ſalutarī vexillo diriſſimas adūſaꝝ
poteſtatū turbas a terminis noſtri
pectoris ꝓpulſare. ꝓ tātoꝝ merit᷑
triūphorū ad ſpūalis h9 centurio
nis ordinē ꝓmouemur Quē in ex
odo quoqꝫ ꝑ moyſen miſtice legi9
deſignatū. Conſtitue tibi chiliar
chas cēturiones. ⁊ qnqḡgenarios.
et decanos Et ita nos quoqꝫ dig
nitat᷑ h9 apice ſublimati. habebi
m9 hanc imperādi poteſtatē atqꝫ
vtutē. qua nō quib9 nolim9 cogi
tationib9 abducamur. ſꝫ hijs qui
b9 ſpūalit̄ delectamur imorari ul̄
inherere poſſim9. malis quidē ſug
geſtionib9 imperātes abite et abi
būt. bonis vero dicem9 venite ⁊ ve
nient. Seruo quoqꝫ nr̄o id eſt cor
pori ea q̄ caſtitat᷑ vl̄ ꝯtinētie ſūt
ſimilit̄ iniūgem9. et ſine vlla con
tradictione deſeruiet. nō iam ſuſci
tans nobis adūſos ꝯcupiſcentie
ſtimulos. ſꝫ oēm exhibēs ſpiritui
famulatū. Cui9 cēturionis quali
a arma ſint. vl̄ ad q̄ p̄liorū exer
citia ꝓparētur. audi beatū aplm̄ ꝑ
dicātem. Arma inquit milicie nr̄e
nō ſūt carnalia. ſed potentia deo

Dixit q̄lia ſint· id eſt nō carnalia
nec īfirma·ſȝ ſpūalia et potētia de
o Deīde ad q̄s ſint exercēda ꝯflic
t9 ꝯſequēter īſinuat Ad deſtructio
nē munitionū cogitatioēs purgā
tes·⁊ oēm altitudinē extollētē ſe
c dūſ9 ſciaȝ dei·⁊ captiuātes oēm
intellectū in obediētiā xpi· et ꝑati
vlaſci oēm inobediētiā: cū ipleta
fuerit p̄imū nrā obedientia Que q̄
dē q̄a ſingillati ꝑcurrere ſicut neceſſa
riū ita eciā alteri9 tp̄is eſt· armo
rū tantūmō volo vobis genera ꝓ̄
etateſȝ patefacere· quib9 nos quo
qȝ ſi volu9 bella dn̄i p̄liari·⁊ iter cē
turioēs euāgelicos militare· accic
ti iugiter debem9 incedere·ſumite
inq̄t ſcutū fidei·ī quo poſſitꝭ oīa te
la neq̄ſſimi hoſtis ignita extingue
re Ergo fides eſt ſcutū·que excipi
ens ardētiſſima libidinū tela· me
tu futuri iudicij·⁊ celeſtis r̄egni cre
dulitate mortificat Et loricā inq̄t
caritatꝭ Ipā nēpe eſt·que vitalia
pectoris nr̄i ambiēs atȝ ꝯmunicēs
letalib9 ꝑturbationū obiecta vul
nerib9 ꝯ̄trios ict9 retūdit nec ad in
teriorē hoiem nr̄m iacula dyaboli
penetrare ꝑmittit Oīa eni ſuffert
oīa patitꝛ·oīa ſuſtinet Et galeam
ſpem ſalutꝭ Galea capitꝭ ē muni
mē Quia ḡ caput nr̄m xp̄s ē· de
bem9 iſtud ſꝑ ſpe futurorȝ bonorū
velut īexpugnabili galea in cūctis
tēptatioīb9 ac ꝑſecutioīb9 ꝯmuniē
et p̀ncipalitꝛ fidē e9 illeſā atqȝ inte
grā cuſtodire Alijs eni mēbris trū
catū quēpiā licet debilē· poſſibile
tn̄ ē viuē qȝ ſupeē·ſīj capite vō ne
mini l̄ breuis vite ſpaciū ꝓ̄rogaꝛ
Et gladiū ſpūs qd̄ eſt verbū dei
Penetrabili9 nāqȝ ē oī gladio an
cipiti·et ꝑtingens vſȝ ad diuiſionē
aīe ac ſpirit9· ꝯpagū quoqȝ et me
dullarū et diſcretor cogitationū ⁊
intētionū cordis: diuidens ſcilicet
et abſcidēs q̄cq̄d in nobis carnale
terrenū ve repperit Quib9 armis
quiſq̄s fuerit cōmunitus: ab hoſti
ū ſempꝛ telis et populatione defen
ſus non vt captiuus ac ſubditus
ad hoſtilē cogitationū terrā ꝯſtric
tus depredantiū vinculis adducitur
nec audiet ꝑ ꝓ̄phetam·quare inue
teratus es in terra aliena·ſed tan
ꝙ̄ triūphator ac victor in illa qua
voluerit cogitationū religione con
ſiſtet· Vis eciam ipſū robur ac for
titudinē centurionis huius quib9
hec arma que prediximus nō car
nalia ſed potentia deo geſtat ag
noſcere: Audi ipſum regem viros
fortes ad ſpiritualem miliciam cō
gregantem: quo eos dilectos ſig
net ac probet· Infirmus inquit
dicat quia fortis ſum ego: ⁊ qui
paciens eſt ſit pugnator· Videtis
ergo bella domini preliari·niſi pa
cientes infirmoſqȝ non poſſe Illa
vtiqȝ infirmitate qua fundatus il
le noſter euangelicus cēturio cum
fiducia loquebatur Cum enim in
firmor: tunc potens ſum· Et ite
rum· Virtus enim ſpiritus: in in
firmitate carnis perficiꝛ De qua
infirmitate vnus propheta[illegible]

Et erit inq̄t qui infirmatur in vo
bis ſicut domꝰ dauid Patiens hec
bella ꝑliabitur· nēpe illa pacienti
a de qua dicitur Pacientia vobis
neceſſaria eſt· vt volūtatē dei facīē
tes recipiatꝭ remuneratioēm

Caplm̄ vi·

Debere tamē ac poſſe nos
dnō coherere· ⁊ expienti
a ꝓpria deꝑhendimꝰ· ſi mortifica
tas voluptates· ac deſideria mūdi
hꝰ habeamꝰ abſciſſa· ⁊ illoꝝ auc
torictate docebimur· qui dnō collo
quētes fiducialr̄ dicūt Adheſit aīa
mea poſt te· ⁊ adheſi teſtimonijs
tuis dnē· Et in adhērere deo bonū
eſt· et q̄ adheret dnō vnꝰ ſpūs eſt
Nō ergo debemꝰ hijs euagatio
nibꝰ aīe fatigati· ab hoc ſtudio re
laxari· Qui enī colit terrā ſuā· ſa
turabitur panibꝰ· Qui aūt ſectatē
otiū: replebitur paupertate· Nec
ab intētione hꝰ obſeruātie pnicio
ſa deſperatioē frangamur: q̄a in
oī ſollicito ineſt āplius· Nam qui
ſanus et ſine dolore eſt· in egeſtate
erit Et iterum· Vir in doloribus
laborat ſibi: ⁊ vim facit ꝑditioni
ſue· Necnō eciā regnū celoꝝ vim
patitur· ⁊ violenti diripiūt illud·
Nulla namq̄ʒ virtus ſine labore
perficiatur: nec vlli poſſibile eſt ad
iſtam quā cupitꝭ ſtabilitatē mentꝭ
ſine ingenti cordis ꝯtritioē cōſcen
dere· Nō enī ad laborē naſcitur·
Qui vt in virum perfectum poſſit
occurrere in menſurā etatis pleni
tudinis criſti: maiore eū neceſſe ē
intētione ſemꝑ eſſe ꝑuigilē· iugiq̄ʒ
ſollicitudine deſudare· Ad cuiꝰ eṅ
menſure plenitudinē nemo ꝑtue
niet alias in futurū: niſi qui ꝑme
ditatus ⁊ inbutus ea fuerit in pn̄
ti· eamq̄ʒ adhuc in hoc ſeculo poſi
tus ꝑlibauerit· criſtiq̄ʒ menbrū ꝑ
cioſiſſimū deſignatus· arrā ꝯpagi
nis illiꝰ per quā corpori eius vale
at copulari in hac carne poſſidere
rit· vnū dūtaxat deſiderās· vnū ſi
tiens· ad vnū oīs nō ſolū actꝰ ſu
os· verūeciā cogitationes ſꝑ inten
dens vt illud qđ in futurū dicitur
de btā cōuerſatione ſcōꝝ iam ſub
arratū teneat in pn̄ti· id eſt vt ſit
ei deꝰ omīa in omibus·

Caplm̄ vij·

Germanꝰ· Poſſꝫ forſitan
hec volubilitas mētꝭ ali
quatenꝰ coherceri· ſi eā nō tātus
adūſarioꝝ numerus circūuallās
ad ea q̄ nō vult· ꝑmo quo illā ſue
quoq̄ʒ natuē mobilitas rapit· īde
ſinēter īpellēt Quā cū tā inumerā
biles tā potētes tāq̄ʒ terribiles im
mia circūagant· reſiſti illis ab hac
ꝑſerti fragili carne īpoſſibile crede
remꝰ· niſi ad hanc opinionē veſtrꝭ
ſentētijs velut celeſtibꝰ aīaremur
oraculis·

Caplm̄ viij

Serenꝰ Aduerſarios qui
dem nobis iugitꝰ inſidiari
quicūq̄ʒ interioris bꝑis ex
perti ſūt pugnas dubitare nō poſ
ſūt· Sed ita dicimꝰ hos nr̄os ꝯfec
tibꝰ adūſari· vt eos tm̄mō incēto
res maloꝝ· nō eciā impulſores eſſe

credamus. Ceterū nullus oīno ho
minū poſſꝫ vitare peccatū. qđ vtiq;
illi cordibus veſtris inurere voluiſ
ſent: ſi eis quēadmodū ad ſugge
rendū ita et ad cōpellēdū facultas
violēta ſuppeteret Quāobrē ſicut
in illis eſt inſtigationis copia. ita
in nobis virtus reſpuendi ſiue ac
qeſcēdi libertas ē attributa Quo
rū tn̄ potētiā et īpugnatiōēs ſi ptī
meſcim9. eciā ptectiōēs atq; adiu
toria dei ecōtrario ꝯfera9. de quo
dicit̄ Maior eni eſt q̄ i vobis eſt. q̄ꝫ
q̄ in hoc mūdo Cui9 auxilia multo
vehemētiore nutitāt virtute p no
bis. q̄ꝫ adūſus nos illorū multitu
do ꝯfligit Nā bonarū rerū nō tātū
ſuggeſtor ſꝫ eciā fautor atq; impul
ſor eſt de9: ita vt nōnūq̄ꝫ nos eci
am inuitos et ignorātes attrahat
ad ſalutē. Cōſtat ḡ neminē poſſe
a dyabolo decipi: niſi illū q̄ pbere
ei maluerit ſue volūtatꝭ aſſenſū.
Qđ eccleſiaſtes ſuis verbis euidēter
expſſit dicēs Quia ei nō fit cōtra
dictio ab hiis q̄ faciūt malū cito. i
deo repletū eſt cor filiorū hoim in
ipis vt faciāt mala Ergo maifeſ
tū eſt hinc vnūquēq; delinqre. q̄ꝫ
ingruētib9 cogitationib9 puis nō
cōfeſtim repulſā ꝯdictionis obiciat
Nā reſiſtite inqt ei. ⁊ fugiet a vob

German9 Qđ iſtđ C ix.
q̄ſo eſt aīe cū iſtis ſpitib9
neq̄ꝫ tā indiſcretū permix
tūq; ꝯſortiū. q̄ ſic eidē nō dicā iūgi
ſꝫ et vniri poſſēt. vt et alloq̄ eā in
ſenſibilit̄ et īſeri atq; īſpirare illi q̄
cūq; voluerīt. et ad ea q̄ placuerīt
eis valeāt īſtigarē. e9 q; cogitatio
nes ac mot9 videāt atq; pluſtrēt.
tātaq; int̄ ipōs ac mētē vnitas fi
at. vt ſn̄ dei grā qđ ex illorū īcita
mēto. qđ ex nr̄a volūtate pcedat.
diſcerni pene n̄ poſſit: C x.

Seren9 Nō mirū ē ſpm ſpi
ritui īſenſibilit̄ poſſe cōiu
gari. et occultā ſuadēdi vī
ad ea q̄ libita fuerīt exercē Etei
īter eos ſicut et īter hoīes. q̄dā ſub
ſtantie ſilitudo eſt atq; cognatio.
Siq̄dē diffinitio q̄ de natura aīe
aſſumit̄. nō incōgrue eciā illorum
ſubſtātie ſilitudini coaptat̄ Alterū
ſecus vero eos ſibi inſeri vl̄ vniri.
ita vt capax alter alteri9 eē poſſit
oīmodis īpoſſibile eſt. Hoc nāq;
ſolūmō deitati q̄ ſola īcorpea ſim
plexq; natiā eſt rectiſſime tribuit̄

German9 Huic rōni C xi.
ſatꝭ arbitramur eē ꝯriū
illđ qđ vide9 ī arrepticiis
fieri. cū afflati ſpiritib9 īmūdis lo
quūt̄ et agūt ea q̄ neſciūt Quō ḡ
aīas eorū ſpiritib9 illis nō creda9
vniri. quorū illas videm9 velut or
ga nū factas. et derelicto naturali
ſtatu ad illorū mot9 affect9 q; trā
ſire. ita vt iā nō ſuas. ſed illorū vo
ces ⁊ geſt9. volūtateſꝫ depmāt:

Serenus Predicte C xii.
diffinitiōi nr̄e n̄ ē ꝯriū id
qđ dicit̄ ī energuminis fi
eri. cū ſpiritibus īmundis arrepti
loquūtur vel agunt ea que nolūt
vel ea que ignorant pferre coguīt

Non enim vno modo iſtam cos
infuſioēm ſpirituū ſuſtinere certiſſi
mū eſt Quidā eni ſic afflātur. vt
nequaq̄ ea q̄ gerūt ul' loquuntur
intelligant. Quidā vero norūt: ⁊
poſtea recordātur Qđ fieri p infuſi
onē ſpūs imūdi nō ita putādum
eſt. vt in aīe ipiūs penetrans ſub
ſtanciam ⁊ velut vnitus ei. et quo
dāmō indutus ea. ſermones ac v
ba p os paciente emittat. Nullo
namq; mō iſtud ab eis poſſe fieri
credendū eſt. Nec eni per aliquā
anime diminucoēm ſꝫ p corporis
debilitatē hoc euenire manifeſta ra
coē dephendit: cū ſcꝫ in illis mē
bris in quib9 aīe vigor cōtinetur
immūd9 ſpūs inſidēs. eiſꝫ iportabi
le atq; immēſū pōdus imponens
obſcuritate teterrima intellcāales
ei9 obruit ⁊ iterapit ſenſus. Qđ
nōnunq̄ eciā vim febriſꝫ vicio ſeu
nimijs frigore aliijſꝫ valitudinib9
extrīſecus ſupuenientib9 videm9
accidere. Qđ ne btō iob dyabol9
qui carnis eius accepat poteſtatē
moliret inferre: precepto dni phibe
tur dicēte. Ecce tradidi eū in ma
n9 tuas: tm aīam ei9 cuſtodi. Id
eſt tmmō amentē eū ne facias. de
bilitato aīe domicilio ⁊ intellcū in
uaſo: ac racionis organo p quā ti
bi eū reſiſtere neceſſe eſt ſauciato.
Debilitato aīe domicilio. ne obru
as intellectū ac ſapientiā reſiſten
tis pncipale cordis ei9 tuo pōdere
prefocans.

Caplm xiij

Hec eni ſi ceaſſe huic ſol' de
q; materie id eſt carni ſpi
ritus admiſcere qđ fieri fa
cillime poteſt idarco ⁊ aīe q̄ itidē
ſpūs eſt ita vniri poſſe credit. ut
eā quoq; ſimilit' ſue nature reddat
capacē. qđ ſoli eſt poſſibile trinita
ti. Que ſit vniūſe intellcāali factu
re efficit penetratrix: ut nō ſolum
circūplecti eā atq; ābire. ſed eciā il
labi ei. ⁊ velut incorporea corpori
poſſit infūdi. Licet eni pnūciemus
nonnullas eſſe ſpūales naturas.
vt ſūt angeli archāgeli ceteręq; v
tutes: ipā quoq; aīa nrā. ul' certe
aer iſte ſubtilis. tn incorporee nl'
laten9 eſtimāde ſūt. Habet enim
ſcđm ſe corpus quo ſubſiſtūt. licet
multo tenuius q̄ nos. Nā ſūt cor
pa ſcđm apli ſententiam ita dicēte
Et corpa celeſtia ⁊ corpa terreſtri
a. Et iterū Seminat corp9 aīale
ſurget corp9 ſpūale Quib9 vbis
manifeſte colligit nichil eſſe incor
poreū: niſi ſolū deū. Et idarco ip
ſi tmmodo poſſe penetrabiles om
nes ſpūales atq; intellcāales eē
ſubſtātias. eo q' ſol9 et tot9 et v
biq; ⁊ in oīb9 ſit. ita ut ⁊ cogitati
oēs hōinū ⁊ iternos motus ⁊ ab
dita mente vniūſa inſpiciat ⁊ per
luſtret. De ipō ſiquidē ſolo pnuncia
uit btūs aplūs dicēs. Viu9 eſt e
nim ſermo dei ⁊ efficax. ⁊ acutior
ſup oēm gladiū ancipitē. et ptin
gens uſꝫ ad diuiſionē aīe ac ſpūs
cōpagum quoq; et medullarum et
diſcretor cogitationū ⁊ intētionū

co2dis. et nō eſt vlla creatura iuiſi
bilis incōſpectu eius Omnia autē
nuda et apta ſunt oculis eius Et
beatus dauid. qui fingit inquit ſin
gillatim co2da eoꝝ Et iterū. Ipſe
eī nouit occulta co2dis Job quoqꝫ
Qui ſolus noſti co2da filiorum ho
minum ¶ Capitulū xiiij

GErmanus. Hac racione
qua dicis ne cogitatiōēs
q̄dē nr̄as intueri iſti ſp̄us
poſſūt. qđ eſtimare valde putam9
abſurdū. dicēte ſcriptura Si ſp̄us
ptātē habētꝭ aſcēderit ſup te locū
tuū ne dimiſerꝭ Et iterū Cū dya
bol9 miſiſſꝫ i co2 iude ſymoīs ſcari
othis. vt tradēt dn̄m Quomō ḡ
credi p̄t ň patē eis cogitacōēs nr̄as
quarū p̄tē maximā ipſis inmittenti
bus atqꝫ inſtigantibus ſentimus
oboriri ¶ Caplm xv.

SErenus. Nulli dubium
eſt ꝙ poſſint ſpiritus im
mūdi cogitationū noſtra
rū attingere qualitates ſꝫ indicijs
eas ſenſibilib9 fo2inſecus colligen
tes. id eſt ā ex noſtris diſpoſitioni
b9 : aut ex verbis ⁊ ſtudijs in qui
b9 ꝓpenſi9 nos ꝑſpexerīt inclina
ri Ceterū illas que necdū de iter
nis aīe ꝓdierūt : adire oīo nō poſ
ſūt Ipās quoqꝫ cogitatiōēs q̄s in
gerūt vel vtrū ſuſcepte. vel quēad
modū ſuſcepte ſint. nō ꝑ ipi9 aīe
naturā. id eſt ꝑ illū interiorē motū
in medullis vt ita dixerī ipi9 lati
tantē. ſed ex motib9 atqꝫ indicijs
exterioris hoīs dep̄hēdūt : vt

puta cū ſuggeſſerint caſtrimargiā
ſi viderint monachū oculos ad fe
neſtrā aut ad ſolē curioſi9 erexiſſe.
vel de ho2a ſolliciti9 inquiſiſſe. cog
noſcūt deſideriū gule fuiſſe ſuſcep
tū Si fornicatioēꝫ ingerentes ſen
ſerint eū paciēter telum libidinis
ſuſcepiſſe. ſeu viderint carne cōmo
tū. aut certe nō vt opo2tuit aduer
ſū ſuggeſtionū imūdarū ſuſpiraſſe
laſciuiā. itelligunt ipenetrabilib9
anime libidinis iaculū fuiſſe defix
um Si incitamēta triſticie. ſi ire. ſi
furo2is admouerīt. vtrū nam co2
di inſederint geſtu co2ꝑis ⁊ ſenſi
bili cōmotione dinoſcūt. cū ſcilicet
eū vel inſtremuiſſe tacitū. vel cum
quadā indignatione eū ſuſpiraſſe.
ſi vultum conſideraverint quodam
pallo2e aut rubo2e mutaſſe. et ita
ſubtiliter quiſnam cui ſit deditus
vicio dep2ehendunt. Illo namqꝫ
vnūquemqꝫ noſtrum delectari cer
ta racione cognoſcunt. ad cuius in
ſtigationem mox quodā motu vel
nutu co2po2is conſenſum cōniuen
ciamqꝫ ab eo p2eſtitam fuiſſe per
uiderint Que ab illis aereis ꝓtu
tibus ita dep2ehendi nō mirū eſt
cum hoc quoqꝫ a p2udentib9 virꝭ
ſepiſſime fieri videam9. vt ſcilicet
interioris hominis ſtatum de figu
ra et vultu ſeu qualitate exteriore
agnoſcant Quanto ergo certi9.
hec ab hijs poterunt dep2ehēdi :
quos vtiqꝫ vt ſpiritualis nature
multo ſubtiliores ac ſagatiores
hominibus eſſe non dubium eſt.

Caplm xvi.

QVemadmodū enim non
nulli latronū i hijs domi
bꝰ quas furti aggredi cupiūt. oc
cultas hōīū ſolent explorare ſub
ſtātias qui per tetras noctis tene
bras cauta ſpergētes manu minu
cias arenarū. recōditas opes quas
viſu ꝑuidere nō poſſūt. tinitu quo
dā ad arenarū lapſū reſpōdente de
ꝓhendūt. ⁊ ſic ad certiſſimā rei vl
metalli cuiuſ notīcīā quadā eliciete
vocis ꝓditione perueniūt. ita hij
quoqꝫ ut theſaurū noſtri cordis ex
plorent velut arenas quaſdā ſug
geſtiones nobꝫ noxias ſpargētes
cū ſcdꝫ illarū qualitatē affectū cor
poreū viderīt emerſiſſe. velut quo
dā de ītimis ꝯclauibꝰ ꝓdeūte tini
tu. q̄d recōditū ſit in abditꝭ interio
rꝭ hōīs recognoſcūt

Caplm xvij.

HOc tamē noſſe debemus
nō oēs demoēs vniūſas
hōībꝰ inrere paſſiones. ſꝫ vnicuiꝫ
vicio certos ſpūs incubare. Et a
lios q̄dē immūdicijs ac libidinū
ſordibꝰ oblectari. alios blaſphe
mijs. alios ire furoriqꝫ peculiariꝰ
inurere. Alios paſci triſticia. alios
cenodoxia ſupbiaqꝫ mulceri. ⁊ vnū
queqꝫ vitiū illud humanis cordi
bꝰ quo ipē gaudet īſerere Sꝫ nec
cūctos pariter ſuos ingerere ꝑuita
tes: ſꝫ viciſſim ꝓut tēporis vl loci
vel ſuſcipientꝭ oportunitas prouo
cauerit.

Caplm xviij.

GErmanꝰ ergo credendū
eſt int̄ eos ordinatā ⁊ vt
ita dixerī diſciplinatā eē
neq̄ciam vt quidā viciſſitudinis ab
eis ordo ſeruetur. ac rōnabilis ge
rat̄ impugn̄tiōis cucurſio. cū cōſtet
nec modū nec rōnē niſi int̄ bonos
atqꝫ honeſtos poſſe ſubſiſtē. ſcdm
illā ſcripture ſentētiā. q̄re ſapienti
am apud malos ⁊ non inuenies
et inimicā nā inſenſati. illd̄ eciā nō
eſt ſapientia. nō eſt fortitudo. nō ē
ꝯſiliū apd̄ impios. Caplm xix

SEreñꝰ. Non eſt int̄ ma
los ꝑpetuā in omībꝰ con
ſenſioēm nec poſſe ꝑfectā
ſtare ꝯcordiā. eciā in illis ipſis vi
tijs quibꝰ ꝯmuiter oblectant̄ cer
ta diffinicio eſt. Nūq̄ eni poterit
queadmodū dixiſtis ī rebꝰ indiſci
plinatꝭ diſcipline modꝰ ſuari In
nōnullis tn̄ vbi ſcꝫ vl ꝑatiōis ꝯ
munio vl neceſſitas exigit. ſeu cꝰ
dā lucri īuitat ꝯſortiū. neceſſe eſt e
os tēporalē ꝯmodare ꝯſenſū. Qd̄
eſſe in hac milicia nequicie ſpūal̄
manifeſtiſſime ꝑuidemꝰ. ut nō ſo
lū tēpora inter ſe viciſſitudineſ cuſ
todiant. ſꝫ eciā locas q̄buſdā ſpecia
lit̄ inhērere. eaqꝫ iugit̄ obſidere noſ
cātur. Nā quia neceſſe ſit eos im
mutatꝭ tēptationibꝰ certiſ vitijs
atqꝫ tēporibꝰ exercere īpugnatio
nes ſuas. hinc liq̄do ꝯꝓbamꝰ. q̄a
nullꝰ poteſt ſiml̄ cenodoxie vanita
te deludi. ⁊ ꝯcupiſcēcia fornicatio
nis exuri Nec pt̄ tumida īflari ela
tione ſupbie ſpūalis. ⁊ carnalis

caſtrimargie humilitate pariter ſub
mitti. Nec pt quis cachinis fatu
is riſuqꝫ diſſolui. et iracūdie ſub eo
dē tpe ſtimulis incitari. ſeu certe e
dacis triſticie merore ſupplcri ꝫ ne
ceſſe eſt vnūquēqꝫ ſpm̄ ita ſingilla
tim ipugnationē mentꝭ arripe. vt
cū aut victus abceſſerit. alio eam
ſpiritui cedat acri9 ipugnādā. aut
certe ſi victor extiterit. alteri nichi
lominus tradat ſilīlit illudendam

Capitulū vicesimū

Illud eciam nequaq̄ꝫ igno
rare debem9 nō eſſe oms
e9 dē ferocitatꝭ ac deſiderij
ꝫ ne vni9 quidē fortitudinis atqꝫ
nequicie. et incipientib9 quidē ac i
firmis nō niſi iſirmiores ſpūs in
certamine ꝯpari Et hijs neq̄cijs
ſpūalib9 ſupatꝭ. gradatim ſemper
aduerſus athletā xpi robuſtiorū
pugna ſuccedit. Pro cōpatione ſi
quidē viriū ac pfect9 huāni. eciam
difficultas colluctationis augetꝭ.
Nullo ceteni mō quilibet ſanctorū
ſufficeret taliū tantorꝫqꝫ hoſtiū ſuf
ferre nequiciā. vel iādijs eorū poſ
ſet occurrere. ſed ne crudelitatē qui
dē ac ſeuitiā ſuſtinere. ſi nō certami
ni noſtro clemētiſſim9 arbiter atqꝫ
agonitheta pſidens xps exequa
ret colluctantiū vires. et imodera
tos eorū repelleret ac refrenaret i
curſus. faceretqꝫ cū teptatiōe ꝛ ex
itū vt ſuſtinere poſſim9. Xxi.

Hanc aūt illos colluctatio
nē nō ſine ſuo credim9 la
bore ꝯficere Habent naqꝫ

eciā ipſi in ſuo cōflictu quādā anxie
tatē atqꝫ triſticiā. et maxime cū fu
erint val. diorib9 emulis. id eſt vi
ris ſāctis pfectiſſ cōgreſſi Alioquin
iā non ꝯflictus nec colluctatio. ſed
ſimplex tantū vt ita dixerim ſecu
ra illis eſſet hominū attributa de
ceptio. Et quomodo ſtaret illud a
poſtoli qd̄ dicit non eſt nobis col
luctatio aduerſus carnē et ſangui
nē. ſed aduerſus principatus et po
teſtates. aduerſus mūdi rectores
tenebrarū harū. cōtra ſpūalia ne
quicie in celeſtib9. illud quoqꝫ. ſic
pugno nō q̄ſi aerē verberans. et ite
rū. bonū agonē certaui ꝰ Vbi eni
agon dicitur et certamē ꝛ pugna.
neceſſe eſt vt vtrūqꝫ ſudor labor ac
ſollicitudo ſubeatur. ꝛ equaliter il
los vel ſup deiectione maneat do
lor atqꝫ ꝯfuſio. vel de victoria gau
diū conſequatur Vbi vero alio cū
ſudore luctante. alius cū ocio ac ſe
curitate ꝯfligit. ꝛ ad deiciēdū emu
lū ſola p viribus vtitur voluntate
nō pugna dicenda eſt nec collucta
tio neqꝫ certamen. ſed iniqua que
dam ꝛ irracionabilis eſt oppugna
tionis impreſſio Sed plane labo
rant et ipſi nō minus impugnan
tes hominū genus et deſudant. vt
preualeant de vnoquoqꝫ illā quā
cupiunt obtinere victoriam Et re
torq̄tur in eos illa cōfuſio: q̄ nos
mouebat ſi ab ipis fuiſſe9 eliſi ſecū
dū illd̄ Caput circuit9 eorꝫ. labor
labiorum ipoꝝ operiet eos. Et cō
uertetur dolor eius in caput eius

Et iterū· Veniat illi laque9 quē
ignorat· et captio quā abſcondit
apphendat eū; et in laqueū cadat
in ipſū ſcȝ quē ſup hominū decepti
one molitur· Dolent igit̄ eciā ip
ſi nō mın9 et quēadmodū nos eli
dūt· ipſi quoqȝ ſimilit̄ elidūtur;
nec victi ſine cōfuſione diſcedunt·
Quas eciā ruinas atqȝ ꝯflictus il
le qui ſanos interioris hōīs poſſi
debat oculos cotidie cernēs videꝫ
eos ſemp ruinis ⁊ caſib9 gaudē
ſingulorꝫ· ac timens ne de ſe qqȝ
eueniret eis iſta leticia dñm dep̄
catur· Illumina inquit oculos me
os ne vnq̄ obdormiā in morte· ne
q̄ndo dicat inimicus meus p̄ualui
aduerſus eū· qui tribulant me ex
ultabūt ſi motus fuero· ⁊ de9 me
us ne ſupgaudeant m̄; nec dicāt
in cordib9 ſuis euge euge aīe nr̄e
nec dicāt deuorabim9 eū· ⁊ fremu
erūt ſup me dentib9 ſuis; dn̄e qn̄
reſpicies Inſidiatur enī in occulto
ſicut leo in cubili ſuo; inſidiat̄ vt
rapiat pauperē· ⁊ q̄rit a deo eſcā
ſibi Qui rurſus cūctis conatib9 ex
pēſis cū deceptioēm nr̄am nō potu
erint obtinere ſup caſſato ſuo labo
re neceſſe eſt vt cōfūdātur ⁊ erubeſ
cant qui q̄rūt aīam nr̄am ut aufe
rāt eam· induātur pudore ⁊ ꝯfuſi
one qui cogitāt nobis mala Iere
mias quoqȝ· Cōfūdātur illi ⁊ nō
cōfūdar ego· paueant illi ⁊ nō pa
ueam ego· induc ſup eos irā furo
rꝭ tui· et duplia cōtricione cōtere e
os· Nulli etenī dubiū eſt cū a no
bis fuerīt ſupati; contritione eos
duplici cōterendos· Primū qꝛ hꝭ imb9
expetentib9 ſanctitatē· illi eā poſſi
dentes amiſerīt; cauſaqȝ extiterīt
perditiōīs humane· deinde qꝛ ſpi
ritualis ſubſtantie fuerīt a carnali
bus terreniſꝫ deuicti· Has igit̄ ru
inas hoſtiū ſuaꝫ victorias intuēs
vnuſ q̄ꝫ ſanctorū cū exultacōne p
clamat· Perſequar inimicos me
os ⁊ cōprehendā illos· ⁊ nō ꝯuer
tar donec deficiant· Cōterā illos
nec poterūt ſtare· cadēt ſubtus pe
des meos· Cōtra quos eciam o
rans idē pp̄ha· iudica inquit domi
ne nocētes me· expugna īpugnā
tes me· apphende arma et ſcutū·
et exurge in adiutoriū m̄· Effūde
frameā ⁊ cōclude adūſus eos qui
perſequūtur me· dic aīe mee ſal9
tua ego ſū· Quos cū ſubditꝭ ⁊ ex
tinctis vniūſis paſſioīb9 vicerim9
merebimur illā benediccionis vocē
cōſequent̄ audire· Exaltet̄ man9
tua ſup hoſtes tuos; et oēs inimi
ci tui interibūt· Hec igit̄ oīa et
hiis ſimilia ſacrꝭ inſerta volumi
nib9 legentes ſiue cātātes; niſi ꝯ
iſtas nequicias ſpūales q̄ nob inſi
diant̄ dieb9 ac noctibus accepꝛi
m9 fuiſſe ꝯſcripta· nō mō ex eis e
dificationē vllam lenitatꝭ ac paci
entie cōſequēmur· ſꝫ eciā dirū quē
dā atqȝ ꝯ̄riū euangelice pꝛfectiōī
cōcipiem9 affectū· Non ſolū enim
docebimur nō orarē p inimicis nr̄is
nec diligere· ſꝫ eciam deteſtari eos
implacabili odio prouocabimur·

et maledicere eis. atqꝫ oratiōeꝫ ad
uerſus eos indeſinenter effūdere
Quos tali ſpiritu ꝓlocutos viros
ſanctos et amicos dei itelligere ꝑ
ꝙ ſceleſtū eſt ac ꝓfanū. quibus
ante aduentum xpi idcirco nō eſt
lex poſita. eo ꝙ traſcendentes mā
data eius euāgelicas patere ꝑcept
et apoſtolice ꝑfectioni ſtudere. ꝑue
nientes diſpēſationem temporis
maluerunt ¶ Caplm xxij.

NOn habere autem eos
ꝑtātē quēcꝙ hominū lede
di. exemplū beati iob ma
nifeſta ratione demōſtrat. vbi non
amplius eū tēptare audet inimicus
ꝙ diuina ei diſpēſatione cōceditur
et cōfeſſio eorū de ſpūum euāgeli
cis monimentis inſerta teſtatur di
centiū Si eicis nos. mitte nos in
gregē porcoꝝ. Qui multo magis
credendi ſunt ī nullū hoīm qui ad
ymaginē dei creati ſunt introire ꝓ
arbitrio ſuo poſſe. cū in aīalia im
mūda ac muta ingrediēdi abſꝫ dei
ꝑmiſſu nō habuerīt poteſtatē. Ce
terū nemo poſſit nō dicā iuuenum
quos videmus in hac cōſtātiſſime
heremo ꝯmorari. ſꝫ ne ꝑfectorū q̄
dem tātis taliūqꝫ hoſtiū agmini
bus circūſepti9 in heremo ſingula
riter habitare ſi in ipis eſſꝫ ꝓ volū
tate ſua nocēdi vl' attēptādi facul
tas atqꝫ libertas Qđ euidēti9 ei
ā dñi ac ſaluatoris nrī ꝯfirmat ſē
tētia: quā ꝓ huīlitate hoīs aſſūpti
ꝓtulit ad pilatū. ita dicēs Nō ha
beres in me vllā ꝑtātem niſi datū
tibi fuiſſet deſup ¶ Caplm xxiij.

SAtis tamē nobis et expe
rientia noſtra. et ſeniorū re
latione cōꝑtū eſt. non eā
dē vim habere nunc demones quā
anteriore tēpore inter anachorita
rū dūtaxat principia in quib9 ad
huc raritas monachoꝝ in heremo
cōmanebat. Tanta nāqꝫ eorum
erat feritas: vt vix pauci et admo
dū ſtabiles atqꝫ etate ꝓuecti. tole
rare habitationē ſolitudinis poſſēt
Siquidem in ipſis cenobijs in q̄
bus cōmorabantur octo vel decem
ita eorum atrocitas graſſabatur.
et frequentes ac viſibiles ſentiebā
tur aggreſſus. vt non auderēt om
nes pariter noctibus obdormire. ſed
viciſſim alijs degustantib9 ſopnū.
alij vigilias celebrātes. pſalmis
et orationib9 ſeu lectionib9 inhere
bant. Cumqꝫ illos ad ſoporē na
ture neceſſitas inuitaret: experge
factis alijs ad eorū qui dormituri
erant cuſtodiam ſimiliter excubie
tradebantur. Unde dubitari non
poteſt vnū e duobus hanc nunc ſe
curitatem vel ꝯfidentiam non ſolū
erat artibus inſtitutus · ſciens
nullum ſe poſſe ſuper hijs me
morialem librū in archa pror
ſus inferre · in quā erat vna cū
patre iuſto ac ſanctis fratribus
ingreſſurus · ſceleſtas artes ac
profana commenta· diuerſorꝫ
metallorū laminis· q̄ ſcilicet a
quarum corrumpi inundatione
non poſſint · ⁊ duriſſimis lapi
dibus inſculpſit · Que peracto
diluuio· eadē qua celauerat curi
oſitate perquirens ſacrilegi per
petue nequitie ſeminariū trāſ
miſit in poſteros· Hac itaqꝫ ra
tione illa vulgi opinio qua cre
dunt angelos vel maleficia· vel
diuerſas artes hominibus tra
didiſſe· in veritate completa eſt
De illis ergo queādmodū dix
imus filijs ſeth· filiabuſqꝫ cham
nequiores filij procreati ſunt·
qui fuerunt robuſtiſſimi venato
res et violentiſſimi ac truculen
tiſſimi viri· qui pro enormitate
corporum vel crudelitatis atqꝫ
malitie gigantes nūcupati ſūt

## Caplm vigeſimūſcdm·

Hij namqꝫ finitimos de
populari · ac rapinas
inter homines primi ex
ercere ceperunt: preda potius
exigentes vitā ſuam q̄ ſudore
operis ac labore contenti · Et

quecrū vſ₃ eo ſcelera ſupcreue
rāt vt expiari mūdus alias ni
ſi diluuij īundatione nō poſſet
Ita ergo filijs ſeth libidinis
inſtigatione trāſgreſſus · illud
mādatū qđ ab exordio mundi
hui9 naturali inſtinctu diutiſſi
me fuerat cuſtoditū neceſſe fu
it p litterā legis poſtea repara
ri Filiā tuā nō dabis filio eius
vxorē: nec de filiab9 eoꝝ acci
pies filio tuo · quia ſeducēt cor
da veſtra · vt diſcedatis a deo
veſtro · ⁊ ſequami deos eoꝝ ac
ſeruiatis eis ·

## Capitulum xxij ·

Germanus Merito po
tuiſſet illis ex hac p̄
ſūptione ꝯiugij crimē
trāſgreſſiōis aſſcribi: ſi data fu
iſſet illis iſta p̄ceptio · At cū ſe
ſiūctiōis iſti9 obſeruātia necdū
aliqua fuiſſet cōſtitutiōe p̄fixa
queādmodū illis pmixtio ge
neris ad noxā debuit īputari
q̄ nullo fuerat indicta mādato:
Lex enim nō preterita ſolet cri
mina ſed futura dampnare

## Capitulum xxiij ·

Eternus Deus hoīem
creās oēm naturalit̄
ei ſcientiā legis inſeru
it Que ſi fuiſſet ab hoīe ſcđm
ꝯpoſitū dn̄i vt acceperat cuſto
dita · nō vtiq₃ neceſſariū fuiſſet
aliā mandari: quā litteris pro
ſca pmulgauit Erat eni ſup
fluū extrinſecus offerri remedi
ū · qđ adhuc intrīſecus vigebat
inſertum Sed quia hec vt dix
imus penitus corrupta iam fu
erat libertate vſuq₃ peccandi ·
velut huius execuꝰtor ac vindex
et vt ipſis ſcripture verbis elo
quar · adiutrix poſita eſt moyſa
ice leg̃ ſeuera diſtrictio: vt vel
metu pene preſentis non peni
tus bonū ſcientie naturalis ex
tinguerent · ſecundum ꝓphete
ſententiam dicentis · Legem de
dit in adiutorium · Que etiam
ſecundum apoſtolū pedagogus
velut paruulis data fuiſſe deſcri
bitur · erudiens ſcilicet eos ac
q₃ cuſtodiēs · ne ab illa diſcipli
na in qua naturaliter fuerāt in
ſtituti · quadam obliuione diſce
derent Nā quia ſit homini om
nis ſcientia legis ab inicio cre
atiōis infuſa hinc manifeſte ꝓ
batur · qđ mandata legis abſ₃
littere lectione ante legem im
mo ante diluuium omnes ſanc
tos obſeruaſſe cognoſcimus ·
Queādmodum enim ſcire po
tuit abel necdum lege mandan
te · qđ de primicijs ouium ſua
rum et de adipe ipſorum ſacrifi
cium deo deberet offerre: niſi
per inſitam ſibi legem naturali
ter fuiſſet edoctus: queādmo
dum noe quod mundum vel
quod immūdum eſſet animal
diſcreuiſſet mundum hec legali

diſtinguente mandato: niſi ſci
entia naturali fuiſſꝫ inſtructus.
Unde enoch didicit ambulare
cum deo: nullam legis illumi
nationem ab aliquo conſecutꝰ
Ubi ſem et iafeth legerant tur
pitudinem patris tui non reue
labis: vt incedentes retrorſum
patris vereundiam velarent.
Unde monitus abraham ſpo
lijs hoſtiũ que ſibi offerebantꝰ
ne retributionem laboris ſui ꝯ
ſequeretur abſtinuit: vel deci
mas ſacerdoti melchiſedech.
que moyſaica lege precipiũtur
exſoluit. Unde ipſe abraham.
unde loth tranſeuntibus. ac pe
regrinis humanitatis iura. et
ablutionem pedum. necdum
euangelico choruſcante manda
to ſuppliciter obtulerunt. Unũ
iob tantam deuotionem fidei.
tantam caſtimonie puritatem.
tantam humilitatꝭ. manſuetu
dinis. miſericordie. humanita
tꝭ ſcientiã conſecutus eſt. q̃ tum
nunc ne ab illis quidem qui e
uangelia memoriter tenent vi
demus impleri Quem ſanctorꝫ
legimus ante legem. vllum le
gis non obſeruaſſe mandatum?
Quis non cuſtodiuit illorũ. au
di iſrael dominus deus tuus.
deus vnus ẽ? Quis non illorũ
impleuit. non facies tibi ſculp
tile. neqꝫ vllam ſimilitudinem
eorũ que in celo ſunt. ſiue que
in terra. vel eorũ que ſunt in a

quis ſub terra? Quis eorũ non
obſeruauit. honora patrem tu
um. et matrem tuam. vel illa q̃
in decalogo ſubſequuntur. non
occides. non adulterabis. non
facies furtum. non falſum teſti
moniũ dices. non concupiſces
vxorẽ proximi tui: aliaqꝫ hijs
multo maiora quibꝰ non ſolũ
legis. ſed etiam euangelij pre
uenire mandata?

Caplm̃ vigeſimũquartũ.

Ita ergo intelligimꝰ
ab inicio deum omnia
creaſſe perfecta. nec fu
iſſe quod ordinationi eius prin
cipali velut improuide et imper
fecte neceſſe eſſet abiũgi ſi in il
lo ſtatu ac diſpoſitione qua ab
ipſo creata ſunt vniuerſa man
ſiſſent Et idcirco in eos qui an
te legem ymmo qui ante dilu
uium peccauerunt. iuſto iudicio
animaduertiſſe deum ꝓbamꝰ
qui trãgreſſi naturalem legem
ſine vlla meruerũt excuſatione
puniri. Nec illorũ incidimus
blaſphemiam calumpniamqꝫ
qui ignorantes hanc rationem
derogant deo veterꝭ teſtamen
ti ac detrahentes noſtre fidei
ſubſannanteſꝫ reſpondent. Cur
ergo placuit deo veſtro ut poſt
tot annorũ milia legem volue
rit ꝓmulgare? tanta ſecula paſ
ſꝰ ſine lege tranſiẽ? Cur ſi meli
us poſtea aliquid adinuenit ap
paret eum in ꝓmordia mundi

inferiora vel deteriora ſapuiſſe.
et poſt hec velut experimentis e
doctum cepiſſe rectiora proſpice
re. ac principales ordinationes
ſuas in melius emendare. Qđ
imenſe ſapientie dei penitus cō
uenire non poterit. nec ſine in
genti blaſphemia hec de ipſo
ab heretica inſania proferuntur
dicente eccleſiaſte. Cognoui
quoniam omnia que fecit deus
ab inicio. ipſa erunt ineternum
Super illa non eſt qđ addatur
ab illis non eſt qđ auferatur.
Et idcirco iuſtis lex non eſt
poſita: iniuſtis autem et nō ſub
ditis. impijs et peccatoribus
ſceleratis et cōtaminatis. Illi
namqꝫ habentes naturalis ac
inſite legis integram diſcipli
nam nequaꝗ̄ lege ac extrinſe
cus adhibita litteriſꝫ deſcripta
queqꝫ ī adiutorium illi natura
li data eſt indigebant Ex qb9
apertiſſime racione colligitur.
nec legem iſtam preſcriptam
litteris dari ab inicio debuiſſe.
erat enim hoc ſuperfluum fieri
ſtante adhuc naturali lege. nec
ad integrum violata. nec euan
gelicam perfectionē tradi potu
iſſe ante legis cuſtodiā Non e
nim poterāt audire. qui te pcuſ
ſerit in dexterā maxillam prebe
ri et alteram. qui contenti non
erant talionis equalitate. iniu
rias vindicare proprias. ſed le
tales calces ac telorum vulne

ra pro alapa leuiſſima repende
bant: et ꝓ vno dente percutiē
tium aīas expetebant. Sed
nec dici illis poterat diligite in
imicos veſtros. in quib9 mag
nus fructus et vtilitas duceba
tur vt amicos ſuos diligerent
declinarent vero ab inimicis et
ſolo ab eis odio diſſiderēt nec
opprimere illos et interficere
feſtinarent

Capitulū viceſimūquintū.

Illud vero qđ vos de dy
abolo mouerat ꝙa men
dax eſt et pater eius. ꝗ
videlicet tam ipſe ꝗ̄ pater ei9
mēdax pronūciari videatur a
domino: ſatis abſurdū eſt hoc
vel leuiter ſuſpicari vel opina
ri Vt enim paulo ante diximꝰ
ſpūs ſpūm non generat: ſicut
nec aīam quidē poteſt aīa pro
creare. licet ꝯcretionē carnis ñ
dubitemus huāno ſemine coa
leſcē ita de vtraqꝫ ſbſtācia id ē
carnis et anime q̄ cui aſſcribat
auctori aplō manifeſtius diſtin
guēte didicim9. Deinde pr̄es
q̄dē carnis nr̄e habuimus eru
ditores: et reuerebamur eos
Nō multo magis ſubiacemur
patri ſpirituum et viuemus
quid hac diuiſione clarius po
tuit diffinire vt carnis quidem
noſtre pr̄es homines pronunci
aret. animarū vero deum ſolū
eſſe patrem cōſtanter exprimēt.

qn̄q̄ꝫ et in ipſa corporis huius
concretione miniſteriū tantum
modo ſit hominibus ad ſcriben
dū. ſumma vero condicionis de
o omniū creatori dicente dauid
Manꝰ tue fecerunt me et plaſ
mauerūt me. Et beatꝰ iob. Nō
ne īq̄t ſicut lac mulſiſti me. coa
gulaſti me vt caſeum. oſſibus
et neruis inſeruiſti me. Et do
minus ad iheremiam. Priuſꝗ̄
te formarem in vtero noui te.
Ecleſiaſtes vero vtriuſqȝ ſub
ſtantie naturam atqȝ originem
examinatione ortus atqȝ inicij
ex quo videlicet vnaqueqȝ pro
ceſſit: et conſiderationem finis
ad quem vnaqueqȝ contendit.
ſatis euidenter ac ꝓprie colli
gens. pariter de huiꝰ corporis
atqȝ anime ſeparatione diſcep
tans ita diſſeruit. Priuſꝗ̄ con
uertatur puluis in terram ſicut
fuit: et ſpiritus reuertatur ad
deum qui dedit eum. Quid a
pertius dicere potuit. ꝗ̄ vt ma
teriam carnis quam puluerem
nominauit. quia de hominis ſe
mine ſumeret exordium. eiuſqȝ
videretur miniſterio ſeminari.
velut e terra ſumptam. iterum
reuerti pronunciaret ad terram
ſpiritum vero qui non per com
mixtionem ſexus vtriuſqȝ gene
ratur. ſed peculiarit̄ ſibi a deo
ſolo tribuitur ad auctorem ſuū
redire ſignaret: quod etiam per
illam dei inſufflationem qua a

dam primitꝰ animauit euiden
ter exprimitur. Itaqȝ hijs teſti
monijs manifeſte colligimus
patrem ſpirituum dici neminē
poſſe niſi deum ſolum qui eos
ex nichilo cum voluerit facit:
homines vero carnis noſtre pa
tres tantūmodo nominari. Igi
tur et dyabolꝰ ſcd̄m hec ꝗ vel
ſpiritus vel angelus bonus cre
atus eſt patrem neminem niſi
deum conditorem ſuum habet
qui cum ſuperbia fuiſſet elatus
et dixiſſet in corde ſuo aſcendā
ſuper altitudinem nubium. ero
ſimilis altiſſimo. factꝰ eſt men
dax et in veritate non ſtetit. ſed
de ꝓprio nequicie theſauro mē
daciū proferens nō ſolum men
dax. ſed etiam ipſius mendacij
factus eſt pater. quo deitatem
homini repromittens. ac dicēs
eritis ſicut dij. in veritate non
ſtetit. ſed ab inicio factus eſt ho
micida. vel adam in conditioēm
mortalitatis inducens. vl̄ abel
inſtigatione ſua per manū fra
tris interimens. Sed iam diſ
putationem noſtram duarum
ferme noctiū lucubratione con
fectam. ſubſequens aurora con
cludit. ac de profūdiſſimo q̄ſti
onū pelago ambam collatioīs
huius ad tutiſſimū ſilentij por
tum compendiū noſtre ruſticita
tis adtraxit. In quo quidem ꝓ
fundo quanto nos interiꝰ diui
ni ſpiritus introduxerit flatus

tanto diffuſior precedens ocu
locum acrem ſemper aperitur i
menſitas. ac ſecundum ſententi
am ſalomonis longe fiet a no
bis magis ꝙ erat et alta pro
funditas quis inueniet eam?
Quā ob rem dominum deprece
mur vt in nobis vel timor eius
vł caritas que neſcit cadere im
mobilis perſeueret. que nos et
ſapientes in omnibus faciat et
a dyaboli telis protegat ſemp̄
illeſos. Hijs etenim cuſtodibus
impoſſibile eſt quēpiam laque
os mortis incurrere. Inter per
fectos autem et imperfectos iſ
ta diſtantia eſt. ꝙ in illis qui
dem fixa et vt ita dixerim ma
turior caritas tenacius perſeue
rans. firmius eos ac facilius fa
cit in ſanctitate durare. in hijs
vero velut infirmius collata ac
facilius refrigeſcens. cito ac ſe
pius eos peccatorum compel
lit laqueis implicari. Quibus
auditis ita nos collationis hu
ius ſermo inflāmauit. vt maio
re mentis ardore abeuntes a
cella ſenis quam ante venien
tes doctrine eius plenitudinem
ſitiremus.

Explicit ſecunda collatio ab
batis ſereni de principatibus

¶ Incipiūt capl'a collationis ab
batis theodori.
¶ Deſcriptio heremi ⁊ inq̄ſitio
de nece ſanctorū .I.
¶ Reſpōſio abbatis theodori ad
ꝓpoſitā queſtionē .ij.
¶ De trib9 q̄ in hoc mūdo ſ̄t id eſt
bonis et malis ⁊ medijs .Iij.
¶ Q̄ꝫ malū nulli inuito ab alio
poſſit inferri .Iiij.
¶ Obiectio queadmodū ipſe de9
dicat̄ creare mala .V.
¶ Reſponſio ſuꝑ interrogationē
ꝓpoſita .Vi.
¶ Interrogatio an reus ſit qui
iuſto intulit mortē cū iuſt9 habeat
de morte mercedē .Vij.
¶ Reſponſio ad p̄cedentē interro
gationē .Viij.
¶ Exēplū iob a dyabolo tēptati.
et domini a iuda traditi. et ꝙ iuſto
tam ꝓſꝑa q̄ꝫ aduerſa ꝓficiāt ad
ſalutē .Ix.
¶ De v̄tute viri ꝑfecti qui ambi
dexter figuralit̄ nūcupat̄ .X.
¶ De duplici genere tēptationū
q̄ triplici mō inferunt̄ .Xi.
¶ Quomodo iuſtus nō cere ſꝫ ad
amantino ſignatorio debeat eſſe
ſimilis .Xij.
¶ Interrogatio ſi poſſit mēs iugi
ter in vna atq̧ in eadē qualitate
durare .Xiij.
¶ Reſpōſio ad interrogātis ꝓpo
ſitionē .Xiiij.
¶ De imutabilitate dei .Xv.
¶ Q̄ꝫ detrimentū ſit diſcedentis
e cella .Xvi.
¶ De mutabilitate eciā ſuꝑnarū
celeſtiūq̧ virtutū .Xvij.
¶ Q̄ꝫ nemo ruina ſubitanea con
labatur .Xviij.

¶ Incipit collatio abbatis theo
dori de nece ſanctorū Caplm̄. I.

IN paleſtine par
tibus iuxta teque
vicū qui amos
ꝓphetā meruit
ꝓcreare. ſolitudo
vaſtiſſima eſt. vſꝫ
ad arabiā ac mare mortuū. Quo
ingreſſa deficiūt flūēta iordanis.
⁊ cineres ſodomoꝝ ampliſſima ex
tenſione porrecti In hac ſūme vite
ac ſanctitatis monachi diutiſſime
cōmorantes. repente ſūt a diſcurrē
tibus ſarracenorū latrūculis inter
empti Quorū corꝑa licet ſciem9
tam a pontificib9 regionis illius.
q̄ꝫ ab vniuerſa plebe arabū. tanta
veneratione p̄repta. ⁊ inter reli
quias martirū condita ; vt innu
meri populi e duobus oppidis cō
currētes. grauiſſimū ſibi certamē
indixerint. et vſq̧ ad gladiorū cō
flictū ꝓ ſancta rapina. ſit eorum
ꝓgreſſa contentio ; dū pia inter ſe
deuotione decertāt. q̄ nam iuſtius
eoꝝ ſepulturā ac r̄liquias poſſide
rent. alijs ſcilicet de vicinia cōmo
rationis ipſoꝝ. alijs de originis
ꝓpinquitate gloriantib9. nos tn̄
vel noſtra vel quorūdā non medio
criter ex hac parte ſcandalizatorū

fratrū offenſione ꝑmoti. inquiren
teſq; cur tanti meriti ac tantarū
virtutū viri. ita ſint a latrunculꝭ
interempti. tantūq; dn̄s paſſus fu
erit. erga ſuos famulos facinus
perpetrari. vt viros cunctis mirabi
les in manus traderet impioꝝ.
meſti ad ſanctū theodorū ſingula
rem in cōuerſatione actuali ꝑrexi
mus virū. Hic nāq; morabat̄ in
cellis qui locus inter nitriam ac
chitim ſitus et a monaſteriis qui
dem nitrie quinq; milibus diſtās.
octoginta miliū ſolitudine ab he
remo ſcithi in qua cōmorabamur
interueniēte diſcernit̄. Cū aūt de
ꝑdictoꝝ viroꝝ nece querimoniā
fudiſſemus. admirātes tantā dei
pacientiam. ꝙ viros ſcilicet illius
meriti taliter interimi ꝑmiſiſſȝ. vt
qui alios quoq; ſue ſanctitatis pō
dere de huiuſmodi liberare tēptati
one debuerant. ne ſeipſos quidem
ꝑripuerint de manibus impioꝝ.
aut cur deus admitti in ſeruos ſu
os tantū facinus conceſſiſſet.
Beatus theodorus r̄ſpondit

Caplm̄ ſecundū

Hec queſtio illoꝝ ſolet ani
mos ꝑmouere. qui parū
fidei vel ſciencie poſſidentes. meri
ta ſanctoꝝ vel premia que non in
ꝑſenti reddunt̄ ſed repoſita ſunt in
futurū arbitrant̄ in huius tēpora
lis vite breuitate reſtitui. Ceterū
nos qui non ſumꝰ in hac vita tm̄
ſperantes in xp̄o. ne ſcd̄m aplm̄.
miſerabiliores ſimus oībꝰ hoībȝ.

qz ſcilicet in hoc mūdo nichil ꝓmiſ
ſionū recipientes. eciā in futuro. caſ
ꝓ hac incredulitate ꝑdeſemꝰ. opi
nioībꝰ eoꝝ nō debemꝰ errare. ne
ignorata vere diffinitioīs ſentētia
titubātes ac trepidi tēptationibꝰ
moueamur cū eiſdē. nos q̊z tradi
tos viderimꝰ vel iniuſticiā ſcilicet
vel incuriā humanarū rerū deo qd̄
dictu quoq; nefas eſt aſſcribētes.
qz ſanctos viros recteq; viuētes in
tēptatione nō ꝓtegat. nec bonis
ea q̄ bona ſt. nec malis mala retri
buat in hac vita. et cū illis dāpna
ri mereamur. q̊s ſophonias ꝓpha
caſtigās Qui dicūt inq̄t in cordi
bus ſuis. nō faciet dn̄s bn̄. ſȝ neq;
faciet male Uel certe cū illis inue
niamur: q̄ huiuſmodi q̄rimoniis
deū blaſphemare dicūt̄. Omnis q̄
facit malū bonꝰ eſt in cōſpcū domi
ni. et tales ei placēt: aut certe vbi
eſt deus iuſticie? Illā quoq; blaſ
phemiā q̄ in ſbſequētibȝ deſcribit̄
ſimilit̄ adiūgentes. Uanus eſt q̄
ſeruit deo. Aut qd̄ emolumentū
nobis qz cuſtodiuimꝰ ꝑcepta eꝰ?
et qz ambulauimꝰ triſtes corā do
mino? Ergo non beatos dicimꝰ
arrogantes. ſiquidē ditati ſūt faci
entes impietatē. et tēptauerūt deū
et ſalui facti ſunt Quāobrē vt hāc
ignorationē. q̄ prauiſſimi huius
erroris radix et cauſa eſt poſſimꝰ
euadere. primū noſſe debemus.
quid vere ſit bonum quid malum.
et ita demum ſuper hiis non fal
ſam vulgi ſed veram ſcripturarū

diffinitionē tenentes minime inſi
delium hominū decipiemur errore

Caplm̄ terciū

Tria ſunt omnia q̄ in hoc
mūdo ſunt: id eſt bonum·
malū·mediū· Debem9 itaq3 noſſe
quid ꝓpe bonū· quid malū· quid
ue ſit mediū: vt noſtra fides vera
ſcientia cōmunita· in cūctis tēpta
tionibus incōcuſſa ꝑduret· Nichil
igitur in rebus dūtaxat humanis
ꝑncipale bonū eſſe credēdū eſt· niſi
virtus animi ſola: q̄ fide ſincera·
nos ad diuina ꝑducens· illi imu
tabili bono facit iugiter inherere·
Et e cōtrario nichil malū eſſe di
cendū eſt· niſi peccatū ſolū: quod
a bono deo nos ſeparans· malo
facit dyabolo copulari Media ſūt
q̄ inter vtrāq3 partē· pro affectu ⁊
arbitrio vtētis diriuari poſſūt: vt
puta diuitie· poteſtas· honor· ro
bur corꝑis· ſanitas· pulchritudo·
vita ipſa vel mors· paupꝑtas· infir
mitas carnis· iniurie· et cetera hijs
ſimilia: que ꝓ qualitate ⁊ affectu
vtētis· l ad bonā poſſūt ꝑte ꝓficē·
vel ad malā Nā ⁊ diuitie ꝓficiūt
frequent ad bonū· ſcd̄m aplm̄· q̄
diuitibus hui9 mūdi p̄cipit vt fa
cile tribuāt: cōmunicēt indigētib9 ⁊
theſaurizent ſibi fūdamentū bonū
in futurū: vt ꝑ has apprehendāt
verā vitā Et ſcd̄m euāgeliū: bone
ſūt illis qui faciūt ſibi amicos de
iniquo māmona· Que rurſū retor
quent ad malū: cū ad recōdendū
tantūmodo l ad luxuriā congerūt:

et non ad vſus indigentiū diſpen
ſant· Poteſtas q̄3 ⁊ honor· corpo
riſq3 robur ac ſanitas· q̄ ſint me
dia et vtrobiq3 cōuenientia: ecā
ex hoc ſcale cōprobat: qd̄ multi
ſanctorū in veteri teſtamēto potiti
hijs oībus· ⁊ in ſūmis diuitijs· ⁊
culmine dignitatū· ac fortitudine
corꝑis conſtituti· deo q̄3 acceptiſſi
mi fuiſſe noſcunt: et e diuerſo· q̄
hijs male vſi ſunt· et ea ad miniſ
teriū ſue nequicie detorſerūt· non
imerito vel puniti ſūt vel extincti·
Quod frequēt regnorū liber indi
cat factū De ipā ecā vita ac mor
te q2 medie ſint· vel ſancti iohānis
vel iude natiuitas ꝓteſtat Unius
nāq3 in tm̄ ſublimat vita ꝓfuit· vt
alijs q̄3 gaudiū ortus eius cōtu
liſſe dicat: ſcd̄m illd· Et multi ſu
per eius natiuitate gaudebunt·
De alteri9 vero dicitur vita Bonū
erat ei ſi natus nō fuiſſ; homo ille
De morte ecīam iohānis ōniūq3
ſanctorū dicit· Precioſa in cōſpectu
domini mors ſanctorū e9 De iuda
autē ac ſimiliū Mors peccatorum
peſſima· Infirmitas ecā carnis
interdū q̄ ſit cōmoda· lazari illius
pauꝑis vlceroſi btitudo demōſtrat
Cui9 cū nulla alia vtutū merita
ſcriptura cōmemoret: ꝓ h̄ ſolo q̄
egeſtatē et infirmitatē corꝑis paciē
tiſſime tolerauit: ſin9 abrahe poſ
ſidere beatiſſima ſorte ꝓmeruit·
Egeſtas quoq3 ac ꝑſecutiones ⁊
iniurie· que mala eſſe toti9 vulgi
opinione cenſent: q̄ ſint vtiles ac

neceſſarie. eā ex hoc liquido com
probatur. ꝙ ſancti viri non ſolum
eas nūꝗ̄ vitare voluerūt. veruēciā
virtute ſūma appetentes. vel forti
ter tolerantes. cūcta dei effecti. e
terne vite ſunt ſtipendia conſecuti.
beato apoſtolo ꝯcinente Propter
quod placeo michi in infirmitati
bus. in ꝯtumelijs. in neceſſitatibꝫ.
in ꝑſecutionib9. in āguſtijs ꝓ xp̄o
Cū enim infirmor. tūc potens ſuꝫ
qꝛ virtus in infirmitate perficiꝫ.
Et idcirco illi qui ſūmis ſeculi h9
diuitijs ⁊ honoribus ac poteſtati
bus extolluntꝫ. non ex hijs princi
pale bonū optinuiſſe credendi ſūt
quod in ſolis eſſe v̓tutibus defini
tur. ſed mediū quiddā. qꝛ ſicut iuſ
tis recte ac neceſſarie v̓tutibus vti
lia h̄ eē reperiuntꝫ ⁊ cōmoda. occaſi
onē namqꝫ operis boni fructuſqꝫ i
illius vite eternitate parturiunt.
ita illis qui male opibus abutūtꝫ
inutiles ſūt atqꝫ incōmode. ⁊ occa
ſionē peccati mortiſqꝫ ꝯdannant.

Caplm̄ quartū

Has itaqꝫ diuiſiōes fixas
atqꝫ imobiles retinētes.
ſcienteſqꝫ nichil eſſe bonū niſi vir
tutē bonā. que ex timore dei ac di
lectione deſcendit. nec malū q̄d ꝗ̄
eſſe niſi peccatū ſolū ⁊ ſeparationē
a deo. diligenter nūc diſcutiam9
vtrū deus vnꝗ̄ ſanctis ſuis. aut ꝑ
ſe. aut per aliū quēpiam. inferri ꝑ
miſerit malū. qd̓ ſine dubio nuſꝗ̄
omnino reperies Nec enim potuit
aliquādo cuiꝗ̄ nolenti ac reſiſtenti
malū peccati alter inferre; niſi illi
ſoli qui illd̓ in ſeſe cordis ignauia
⁊ corrupta volūtate ſuſcepit. De
niqꝫ cū beato iob dyabol9 adhibi
tis vniuerſe nequicie machinis.
malū hoc peccati voluiſſꝫ inferre.
ac non ſolū cūctis eū facultatibus
expoliaſſet. verūeciam poſt illū de
morte ſeptem filiorū tam atrocem
tāqꝫ inſperatū orbitatis dolorem.
vulnere eciā peſſimo. a capitis ver
tice vſqꝫ ad plantā pedū. ⁊ intole
randis cruciatib9 ꝯtriuiſſꝫ. nequa
ꝗ̄ ei peccati maculā quiuit inflig̃
Quia in cunctis immobilis perſe
uerās; nullū blaſphemie accōmo
dauit aſſenſū.

Caplm̄ quintū

Germanus Frequenter le
gim9 in ſcripturis ſāctis
deum creaſſe mala vel hominib9
intuliſſe; vt eſt illud Quoniā abſ
qꝫ me. non eſt deus Ego domin9
et nō eſt alter. formans lucem et
creans tenebras. faciens pacem ⁊
creans mala Et itcrū Si eſt ma
licia in ciuitate? quam domin9 nō
fecit?

Capitulū ſextū

Theodor9. Nōnūꝗ̄ ſolet
ſcriptura diuina abuſiue
mala ꝓ afflictionib9 ponere. non
quia per naturā ꝓp̄e mala ſint. ſꝫ
ſecundū hoc ꝙ ab hijs ſenciantur
mala quibus vtiliter inferuntur.
Hominibus etenim diſputans di
uina cenſura; neceſſe eſt vt huma
nis verbis ⁊ affectibus eloquatꝫ.

Etenim ſectio vel vſtio ſalutaris.
que illis qui vlcerū cōtagione pu
trefacti ſūt. pie infertur a medico.
mala a tolerātibus creditur. Nec
equo calcar. nec emēdatio ſuauis
eſt delinquenti. Omnes eciā diſci
pline hijs qui erudiūt amare ſen
tiūt ad preſens. ſicut aplūs dicit
Omnis autē diſciplina ī preſenti
nō videt' eſſe gaudij ſȝ meroris.
poſtea autē fructū pacatiſſimū hijs
qui p ſe exercitati ſt reddit iuſticie
Et quem diligit dñs corripit. fla
gellat autē oēm filiū quē recipit.
Quis eñi eſt filius. quē non cor
ripit pater. Itaqȝ mala nōnūq̄
poni p afflictionibus ſolent. ſcd̃m
illud. et penituit de9 ſup malicia
quā locutus eſt. vt faceret eis 7 nō
fecit Et iterū Quia tu dñe miſeri
cors. et miſerator. paciens. et pl9
q̄ miſericors. et penitens in mali
cijs. id eſt ſup tribulationibus et
erūpnis que nobis pro peccatoꝝ
noſtrorū meritis inferre cōpelleris
Quas ſciēs vtiles eſſe nōnullis.
ita alius ꝓpheta vtiqȝ nō inuidens
ſaluti eorū ſed conſulens p̄catur.
Adde illis mala dñe. adde mala
glorioſis terre. Et ipſe dñs Ecce
inquit inducā ſup eos mala. id ē
dolores ac vaſtitates. qb9 in pñti
ſalubrit' caſtigati. ad me quē ī reb9
pſperis contēpſerūt. recurri tandē
ac feſtinare cogant' inuiti. Ideoqȝ
hec principalia eſſe mala nō poſſu
mus diffinire Multis eñi ad bonū
ꝓficiūt. et cauſas eternorū pariūt
gaudiorū. Et idcirco vt ad queſti
onē ꝓpoſitā recurram9. vniuerſa
q̄ putant' mala nobis ab inimicis
vel a quibuſcūqȝ alijs irrogari.
non ſt credēda mala eſſe ſȝ media
Non enim talia inueniūt' qualia
putat eſſe ille qui ītulit animo fu
ribundo. ſȝ qualia ſenſerit ille qui
ſuſtinet. Ideoqȝ cum illata fuerit
mors viro ſancto. nō ei malū illa
tum eſſe credendū eſt. ſed mediū
quiddā Quod cū peccatori malū
ſit. iuſto req̄es et abſolutio fit ma
lorū Mors eñi viro requies. cui9
via abſcōdita eſt Et ideo nec vir
iuſtus ex hac aliquod ꝑpetitur de
trimentū. q̄a nichil ꝑtulit noui.
ſȝ id quod ei acceſſurū fuerat neceſ
ſitate nature. inimici nequicia. nō
ſine p̄mio vite ꝑhēnis excepit. ac
debitū mortis humane quod inex
cuſabili lege reddēdū eſt. cū fructu
vberrimo paſſionis ac magne re
munerationis mercede ꝑſoluit

## Caplm ſeptimū

Germanus Ergo ſi inter
emptus iuſtus non ſolū
nichil mali ꝑpeſſus eſt. ſed eciam
mercedē paſſionis aſſequit' quō
in reatū vocabitur. qui non nocuit
mortē inferendo ſed ꝓfuit.

## Caplm octauū

Theodorus. Nos de ꝓp̄e
tate boni maliqȝ vel eius
qd' diximus eē mediū diſputam9.
nō de affectu eorū q̄ iſta cōmittūt
Nec eñi quis impius vel iniqu9
idcirco īpunitus erit. qȝ malicia

ſua iuſto nocē nō potuit. Tolerā
tia ei ⁊ ꝟtus iuſti. nō illi q̄ mortē
vel ſuppliciū intulit ł tēptatioēs.
ꝫ illi ꝓfiat ad mortē. q̄ illata ſibi
paciēt̄ excipit. Ideoqꝫ ⁊ hic meri
to puniet̄ ꝓ crudelitatis ſeuicia q̄
malū voluit inferre. et ille nichil ō
nino mali ꝑpeſſus eſt. qꝛ ꝟtute aī
ſui paciēt̄ tēptatioēs doloreſqꝫ ſuſ
tentās. ea q̄ malo ꝯpoſito illata
ſūt. ad ꝓfectū melioris status eter
ne vite fecit beatitudinē ꝑtinere.

## Caplm̄ nonū.

Neqꝫ enim paciencia iob
mercedē dyabolo qui eā
illuſtriorē ſuis tēptationibus reddi
dit. ꝫ illi ipſi qui eas viriliter ꝑtu
lit acq̄ſiuit. Nec iudas eterni ſup
plicij īmunitate donabit̄: ꝙ ꝓdi
tio eius ad ſalutē generis humani
ꝓfecit. Non enim ꝓuentus cōſide
randus eſt operis: ꝫ operantis af
fect9. Quapropt̄ hec debet in no
bis diffinitio īmobiliter cuſtodiri.
ꝙ nulli malū ab alio poſſit inferri
niſi qui illō ignauia ſui cordis ac
puſillanimitate cōtraxerit. hanc
eandē ſentētiā beato apoſtolo vno
ꝟſiculo cōfirmante. Scimus autē
qm̄ diligentib9 deū omnia coope
rantur in bonū. Dicens enim om
nia cooperant̄ in bonū: vniuerſa
non ſolum q̄ ꝓſpera. verūeciam q̄
putant̄ aduerſa. pariter ꝯphendit
Per q̄ ⁊ in alio loco idem aplūs
ſe trāſiſſe deſcribit dicens. Per ar
ma iuſticie q̄ a dextris ſunt ⁊ a ſi
niſtris. id eſt per gloriā ⁊ ignobili
tatē. per infamiā ⁊ bonam famā.
vt ſeductores ⁊ veraces. vt triſtes.
ſemper autē gaudentes. ſicut egē
tes. multos autē locupletantes. ⁊
cetera. Omnia igit̄ q̄ ꝓſpera putā
tur et dextre dicūtur part̄ q̄ ſcūs
apoſtol9 glorie ⁊ bone fame voca
bulo deſignauit. illa eciam q̄ exiſti
mant̄ aduerſa. q̄ per ignobilitatē
et infamiā euidenter expſſit. q̄qꝫ
a ſiniſtris eſſe deſcripſit. efficiunt̄
viro iuſto ac ꝑfecto arma iuſticie.
ſi illata ſibi magnanimiter ſuſten
tauerit. ꝙ videlicet ꝑ hec dimicās.
⁊ iſtis ipſis quibꝫ īpugnari putat̄
aduerſis. tāq̄ꝫ armis vtēdo. eiſqꝫ
velut arcu ⁊ gladio ſcutoqꝫ validiſ
ſimo ꝯ illos q̄ hec ingerunt cōmu
nitus. ꝓfectū ſue paciētie ac ꝟtut̄
acq̄rat. glorioſiſſimū ꝯſtātie triū
phū ex ipſis q̄ letaliter inferūtur
capiens hoſtiū telis. nec ꝓſperis
dūtaxat elatus. nec deiectus adū
ſis. ꝫ itinere plano ⁊ via regia ſꝑ
incedēs. ab illo trāquillitatis ſtatu
neq̄q̄ꝫ leticia ſuꝑueniēte q̄ſi in dex
tera motus. nec ingruētibꝫ adūſis
triſticiaqꝫ dominātē velut ad leuā
curſus impulſus. Pax enī multa
diligētibꝫ nomē tuū: ⁊ nō eſt illis
ſcandalū. De illis vero q̄ ꝑ ſingu
los incurrētes caſus. ꝓ eoꝝ quali
tate ac varietate mutāt̄: ita dicit̄.
Stultus autē vt luna mutat̄. Vt
enī de ꝑfectis ac ſapientib9 dicit̄.
diligētib9 deū oīa coopāt̄ in bo
nū. ita de īfirmus ꝓnūciat̄ ac ſtul
tis. Omnia adūſa viro inſipienti.

Nec ꝓſperis ei ꝑſiāt: nec emen
datur aduerſis. Eiuſdē naq; vtu
tis eſt triſtia fortit᷑ tolerare: cui9
eciā ſecūda moderari. Et eū qui in
vno eoꝝ ſuperat᷑: neutrū ſufferre
certiſſimū eſt. Facilius tn̄ quis eli
di poteſt ꝓſperis. ꝙ̄ aduſis. Hec
enim interdū eciā inuitos retinēt
atq; humiliant. et ꝯpūctione ſalu
berrima. vel min9 peccare faciūt t᷑
emendāt. illa mollibus ac ꝑnicio
ſis mentē extollentia blandimen
tis. ſecuros felicitatis ſue ꝓuentu
ruina maiore ꝓſternūt.

Caplm decimū.

Isti ergo ſunt qui figura
liter in ſcripturis ſanctis
aluo. rote. maeziop. id eſt ambi
dextri nūcupantur. vt ille ahot in
libro iudicū fuiſſe deſcribitur. qui
vtraq; manu vtebatur ꝓ dextera.
Quā virtutē nos quoq; ita pote
rim9 intellectualit᷑ poſſidere. ſi ea
q̄ aduerſa ſiniſtraq; cenſent᷑. bono
rectoq; vſu ad partē fecerim9 dex
terā ꝑtinere. vt quecūq; fuerint il
lata. fiant nobis ſcd̄m apoſtolū.
arma iuſticie. Duabus naq; par
tibus. et vt ita dixerim manib9.
īteriorē hoīēz noſtrū ſubſiſtē ꝓuide
mus. nec q̄ſ ꝙ̄ ſanctorū carere hac
ſiniſtra quā dixim9 poteſt. Sed in
hoc vtus ꝑfecta decernit᷑: ſi vtrā
q; in dexterā bene vtendo ꝯuertat.
Et vt manifeſtius hoc qd̄ dicim9
poſſit intelligi. habet vir ſanctus
dexterā. ſucceſſus videlicet ſpiritua
les. in qua tūc ꝯſiſtit qn̄ feruens
ſpiritu deſiderijs ac ꝯcupiſcētijs
oībus dn̄atur. qn̄ ab omni dyabo
lica impugnatione ſecurus. abſq;
vllo labore ac difficultate vicia
carnis vel reſpuit vel abſcidit. cū
ſublimat9 a terra vniuerſa pn̄tia
atq; terrena velut inanem fumū
vmbramq; vacuā contēplatur. et
vt mox tn̄ſitura contēpnit. cū futu
ra ꝑ exceſſum mentis non ſolū ar
dentiſſime ꝯcupiſcit. verūeciā cla
rius intuet᷑. cū efficacius ſpiritali
bus paſcitur theorijs. cū lucidius
conſpicit ſibi reſerata celeſtia ſacra
menta. cū orōnes puri9 atq; ala
crius emittit ad deū. cū iam ſpiri
tus ardore ſuccenſus ad ea q̄ inui
ſibilia ſūt et eterna tota animi vir
tute trāſmigrat. vt nequaꝙ̄ ſe iā
credat in carne conſiſtere. Habet
ſimiliter et ſiniſtrā. cū tēptationū
turbinib9 īplicat᷑. cū ad deſideria
carnis incētiuorū eſtibus inflāma
tur. cū ad iracūdie furorē ꝑturba
tionū igne ſuccendit᷑. cū ſupbie ſi
ue cenodoxie elatione pulſatur.
cū triſticia mortē operante deꝑmi
tur. cū machinis accidie et īpug
tione ꝯcutitur. cūq; omni ſpiritali
feruore ſubtracto. quodā tepore et
irronabili merore torpeſcit. vt nō
ſolū cogitationib9 rectis ac ferue
tibus deſeratur. ſ; eciā pſalmus.
orō. lectio. remotio celle ſimul hor
reant. et intolerabili quodā tedioq;
faſtidio vniuerſa ſordent inſtrume
ta vtutū. Quibus cum pulſatur
monachus: ſiniſtris partibus ſe

cognoſcat vigeri. Quiſquis
igitur in illis que dextre partē
eſſe diximꝰ minime fuerit ſub
intrante gloria vanitatis ela
tus. et in iſtis que ſiniſtre ꝑtis
ſunt viriliter dimicans. nulla
deſperatione cōciderit. ac potiꝰ
de contrarijs arma quedam pa
ciencie in exercitium virtutē aſ
ſumpſerit. vtraqꝫ manu vtitur
ꝓ dextra. ⁊ in vtroqꝫ actu triū
phator effectꝰ. tam de ſiniſtro
ſtatu quam de dextero victorie pal
mam conſequitur. Qualē bea
tum iob fuiſſe legimꝰ. qui vti
qꝫ per dexteram coronabatur.
quando ſeptem filiorum pater
opulentus ac diues incedens.
cotidiana pro eorum expiatio
ne ſacrificia domino offerebat.
non tam ſibi eos quam deo ſubiec
tos ac familiares cupiens exhi
bere. quando ianua eius omni
aduenienti patebat. quando erat
pes claudorum ⁊ oculus ceco
rum. quando de velleribus oui
um eius humeri calefiebant in
firmorum. quando erat pater orpha
norum ⁊ vir viduarum. quando
nec in corde quidem ſuo ſuper
inimici ſui ruina gauiſus eſt.
Idemqꝫ rurſus ꝑ ſiniſtram par
tem ſublimiori virtute de aduer
ſitatibꝰ triūphabat. cum filijs
ſeptem vno orbatus momēto.
non vt pater acerbo luctu conſi
ciebatur. ſed vt verus dei famu
lus ſuꝑ creatoris ſui voluntate
gaudebat. cum ex locuplete pau
perrimus. nudus ex diuite. ex
valido tabidꝰ. ex inclito et glo
rioſo ignobilis atqꝫ deſpectus.
incorruptam animi fortitudi
nem retentabat. cum deniqꝫ
omni ſubſtantia atqꝫ opibus
deſtitutus. ſterquilinij erat fac
tus habitator. et velut quidam
corporis ſui ſeueriſſimus carni
fex teſta radebat ſaniem proflu
entem. atqꝫ ex omni parte mē
brorum globos vermium. mer
ſis in profunda vulnerum digi
tis detrahebat. In quibus cūc
tis in nullam deſperando pro
lapſus eſt blaſphemiam. nec
aduerſus creatorem ſuum in a
liquo murmurauit. quinymo
nequaquam tēptationū mole atqꝫ
acerbitate contritus. ipſum quoqꝫ
quod ex omni priſtina facultate
ſuo corpori ſuꝑfuerat indumen
tum. quodqꝫ ſolum quia ipſo veſti
ebatur a dyaboli potuerat vaſ
tatione ſaluari. reſcindens atqꝫ
abiciens. adiecit ſuper illam
quam diriſſimus predo intule
rat ſpontaneam nuditatem.
Comam quoqꝫ capitis que ſo
la de prioris glorie bonis intac
ta remāſerat vexatori ſuo proie
cit abſciſam. ⁊ amputans id
quod ſeuiens reliquerat inimi
cus. illa celeſti aduerſus eū va
re tripudiat ⁊ inſultat. Si bo
na ſuſcepimꝰ de manu domini
mala quare non ſuſtinebimꝰ.

Nudus egreſſus ſũ de vtero ma
tris mee ⁊ et nudus reuertar illuc
Dominꝰ dedit dominꝰ abſtulit.
ſicut dño placuit ita factũ eſt. ſit
nomen domini benedictũ. Ambi
dextrũ merito dixerim ⁊ ioſeph.
qui in ꝓſperis gratior patri. religi
oſior fratribus. acceptior deo. in
aduerſis caſtus dño. fidelis car
ceri. mitiſſimus vinctis. iniuriarũ
imemor. beneficus inimicis. inui
dis et ꝗtũ in ipſis fuit interfecto
ribus fratribꝰ non ſolũ pius. ſed
eciã munificus inuenit. Hij ergo
et ſimiles eorum recte aluo. rote.
roaezioy. id eſt ambidextri nũcu
pantur. Vtraqꝫ enĩ manu vtunt
ꝓ dextera. et inter hec q̃ apoſtolꝰ
dinumerat. trãſeuntes partẽ dicit
Per arma iuſticie q̃ a dextris ſũt
et a ſiniſtris. per gloriã ⁊ ignobili
tatẽ. per infamiã et bonã famã. et
cetera De qua dextera vel ſiniſtra.
ita ſalomon ex pſona ſponſe loq̃
tur in cantico cãticorũ Leua eius
ſub capite meo ⁊ et dextera illius
amplexabit me Quas licet vtraſ
qꝫ vtiles eſſe ſignificet. tamẽ leuã
ſub capite ſuo ponit. quia ſubiacẽ
debet aduſe ptes principali cordis
Ad hoc ſiquidẽ tantũ vtiles ſunt.
vt ꝓ tẽpore nos exerceant ⁊ eru
diant ad ſalutẽ. ac pfectos ad pa
ciencia reddant. Dexterã vero ad
cõfouendã ſe ac perpetuo cõſeruan
dam. ſalutari ãplexu ſpõſi ſibimet
cohere. atqꝫ iſolubiliter ei optat
innecti. Erimꝰ igit ambidextri.

qñ nos quoqꝫ rerũ pſentiũ copia
vel inopia non mutauerit. et nec
illa nos ad voluptatis noxie re
miſſionis impulerit. nec iſta ad
deſperationẽ attraxerit ⁊ q̃relam.
ſz ſimiliter deo gratias in vtroqꝫ
referẽtes. parem fructũ de ſecundis
aduerſiſqꝫ capiemꝰ Qualẽ ſe ille
vetus ambidexter doctor gentiũ
fuiſſe teſtat. dicens Ego enĩ didi
ci. in quibꝰ ſũ ſufficiens eſſe Scio
et humiliari. ſcio ⁊ habũdare. Vbi
qꝫ et in omnibꝰ et ad omnia inſti
tutus ſũ. et ſaturari. et eſurire. ⁊ ha
bũdarẽ. et penuriã pati Omnia poſ
ſum in eo qui me cõfortat

Caplm vndecimũ

Ergo licet dixerimꝰ bipti
tam eſſe tẽptationẽ. id ẽ
in rebus vel ꝓſperis vel aduſis.
ſciendũ eſt tamen oms homines
triplici ratione tẽptari Pleruqꝫ ob
ꝓbationẽ. nõnũqꝫ ob emẽdationẽ.
interdũ ob merita delictorũ Et
ob ꝓbationẽ quidẽ. vt beatũ abra
ham vel iob. multoſqꝫ ſanctorum
tribulationes inumeras legimus
ptuliſſe. vel illud quod in deutro
nomio dicitur ad pplm p moyſen
Et recordaberis cũcti itineris illiꝰ
per qđ adduxit te dñs deus tuus
quadraginta ãnos per deſertũ vt
affligeret te atqꝫ tẽptaret. ⁊ nota
fierent q̃ in tuo animo vſabant.
vtrũ cuſtodires mãdata eiꝰ an nõ
Et illud quod in pſalmo dicitur.
Probaui te apud aquã cõtradicti
onis. Ad iob qꝫ An putas quoqꝫ

me tibi locutũ alr̄ ? q̄ vt appare
res iuſt9 ? ¶ Ob emẽdatione deo-
rũ iuſtos ſuos ꝓ ꝑuis quib9 dã vel
leuibꝫ pc̄cis. ſeu ꝓ elatione ſue pu
ritatꝰ humiliãs. diuſis tẽptatoibꝫ
tradit. vt oẽm ſorꝺẽ cogitationũ.
⁊ vt v̄bis ꝓphe dicã ſcoriã. quã in
occultis eorũ ꝓuidet eſſe cõcretã
excoquẽs in pñti. velut aurũ puriũ
futuro trã ſmutat examini. nichil i
eis ꝯſidẽ ꝑmittẽs. qꝺ ſcrutãs poſt
h̄ iudicij ignis penali cruciatu ex
purgaturus inueniat. ſcꝺm illuꝺ
Multe tribulatioẽs iuſtoꝝ. et fili
noli neglĩgẽ diſciplinã domini. ne
qꝫ fatigeris dũ ab eo increparis.
Quẽ ei diligit dñs corripit ; fla
gellat autẽ omnẽ filiũ quẽ recipit
Quis ei eſt filius quẽ nõ corripit
pater ? Qꝫ ſi extra diſciplinã eſtis
cuius ꝑticipes facti oẽs. ergo adul
teri ⁊ nõ filij eſtis. Et i apocalipſi
Ego quos amo arguo ⁊ caſtigo
Ad q̊s etꝰ ſub figura iheruſalẽ ex
ꝑſona domini ita ꝑ iheremiã ſmo
dirigit Faciã enim ꝯſũmationẽ in
cũctis gẽtib9 in q̊b9 diſꝑſi vos. te
autẽ nõ faciã in ꝯſũmationẽ. ꝫ caſ
tigabo te in iudicio. vt non tibi vi
dearis innoxius Pro qua ſalutari
emũdatione ; orauit dauid dicens
Proba me dñe et tẽpta me ; re
renes meos ⁊ cor meũ Yſayas q̊ꝫ
vtilitatẽ h9 tẽptatoĩs intelligẽs.
corripe me inq̇t dñe. veruptñ in iu
dicio et nõ in furore tuo. Et iterũ
Confitebor tibi qm̃ iratus es m ;
ꝯũſus ẽ furor tu9 ⁊ ꝯſolat9 es me

¶ Pro merito autẽ pc̄coꝝ plaga
tẽptatoĩs infertꝛ ; vt vbi plagas
ꝓplõ iſtli inmiſſurũ ſe dñs cõminatꝛ
dicens Dentes beſtiarũ inmittã in
eos ; cũ furore trahẽtiũ ſuꝑ terrã
Et fruſtra percuſſi filios veſtros ;
diſciplinam nõ recepiſtis. In pſal
mus q̊ꝫ Multa flagella peccatoꝝ
Et in euãgelio. Ecce ſanus fact9
es. iã noli peccare ; ne deteri9 tibi
aliq̄ꝺ cõtingat ¶ Inuenim9 ſane
⁊ quartã cãuſã. q̄ ob manifeſtãdã
ſolũmõ gl'ãꝫ ⁊ oꝑa domini inferri
q̄buſdã aliq̄s paſſiones. ſcriptura
rũ auctoritate cognoſcim9. ſecũdũ
illud euãgelij Neqꝫ hic peccauit.
neqꝫ ꝑntes eius ; ꝫ vt manifeſtẽtꝛ
oꝑa dei in ipſo. Et iterũ Infirmi
tas hec nõ ẽ ad mortẽ. ꝫ ad gl'ãꝫ
dei ; vt glorificetꝛ filius dei ꝑ ipſũ.
¶ Sũt autẽ ⁊ alia vltionũ gene
ra. q̊b9 nõnulli q̄ malicie ſuꝑgreſſi
ſunt cumulũ puniũtꝛ ad p̄ſens. vt
dathan ⁊ abyron ſicut ⁊ core legi
m9 fuiſſe dãpnatos. et l' maxime
illos de quibus dicit apoſtolus.
Propter qꝺ tradidit illos de9 in
paſſioẽs ignominie ; et in reprobũ
ſenſũ. Quod eciã ceteris penis gra
uius iudicandũ eſt De ipſis nãqꝫ
pſalmiſta. In laboribus inquit
hominũ non ſũt ; ⁊ cũ hominibus
non flagellabuntꝛ. Non enim me
rentur ſaluari viſitatione domini.
nec tẽporalibus plagis conſequi
medicinã. qui deſperantes ſemet
ipſos. tradiderũt inpudicicie in ope
ratione oĩs erroris in inmundicia.

quiq; obduratione cordis ⁊ vſu ac
frequētia delinquēdi purgationē
breuiſſimu huius cui et vltionē vi
te pſentis excedūt. Quibus cauā
p ꝓphetā ſermo diuin⁹ exprobrat
Subuerti vos ſicut ſubuertit de⁹
ſodomam ⁊ gomorrā. et facti eſtis
ſicut torris raptus de incendio. et
nec ſic rediſtis ad me dicit dn̄s.
Et ihcremias Interfeci ⁊ pdidi
pplm̄ meū: et tamen a vijs ſuis
nō ſūt reuerſi Et iterū Percuſſiſti
eos et nō doluerūt: attriuiſti eos
et renuerūt accipere diſciplinā In
durauerūt facies ſuas ſup petrā:
noluerūt reuerti. Erga quorū cu
ratione omnē tēporis iſtius medi
cinā. videns ꝓpheta incaſſū fuiſſe
conſūptā. deſperans quodāmodo
iam de eorū ſalute. ꝓclamat De
fecit ſufflatoriū in igne: fruſtra cō
flauit ſufflator Malicie eni veſtre
nō ſūt conſūpte. argentū reprobū
vocate eos. quia dn̄s ꝓiecit illos
Hanc ſalutarē ignis purgationē
erga eos qui preduratī ſūt ſcelera
bus ſuis. inanit̄ ſe dn̄s adhibuiſſe
ſub pſona iheruſalē concreta ꝓfū
da rubigine peccatoꝝ ita cōquerit̄
Pone inq̄t eā ſup prunas vacuā
vt incaleſcat ⁊ liquefiat es eius.
et cōpleatur in medio eius inq̄na
mentū eius Multo labore ſudatū
eſt: et nō exiuit de ea nimia rubi
go eius neq; p ignē Immūdicia
tua execrabilis. quia mūdare te
volui. et nō mūdata es a ſordibus
tuis. Quāobrem vt peritiſſimus
medicus expenſis oīb⁹ ſalutaribꝫ
curis. nec vllū iam remedij gen⁹
quod infirmitati eorū poſſit aptari
dn̄s ſupeſſe cōſpiciens. quodāmō
iniq̄tatū magnitudine ſuperatur.
ac diſcedere ab illa clementi ſua
caſtigatione cōpellitur. Itaq; de
nūciat ei dicens. Iam non iraſcar
tibi: et zelus meus receſſit a te.
De alijs vero quorū nō predura
uit cor frequētia peccatoꝝ. nec il
la ſeueriſſima et vt ita dixerī caſti
gatione ignis indigēt medicina.
ſed eruditio ſalutaris verbi ſufficit
ad ſalutē dicitur Emendabo eos
in auditu tribulationis ſue.
Non ignoram⁹ alias quoq; ani
maduerſionū ſiue vltionū cauſas
q̄ inferunt̄ hijs qui grauiſſime deli
querūt. non ad expianda eorū cri
mina nec ad abolenda merita pec
catoꝝ. ſꝫ ad emendationē metūq;
viuentiū Que euidenter in ihero
boam filiū nabath. baaſa quoq;
filiū achiam et achab atq; hieza
bel illata cognoſcim⁹: ita ꝓnūci
ante diuina cēſura Ecce ego indu
cam ſup te malū et demetā poſte
riora tua. et interficiam de achab
mingentē ad parietē. et clauſum
et nouiſſimū in iſrl̄. et dabo domū
tuam ſicut domū iheroboam filij
nabath. et ſicut domū baaſa filij
achiam. quia egiſti vt me ad ira
cundiā ꝓuocares. et peccare feciſti
iſrl̄ Canes eā comedēt iezabel
in agro iezrahel. Si mortu⁹ fue
rit achab in ciuitate. comedent eū

canes. ſi aūt mortuꝰ fuerit in agro. comedent eū volucres celi. Et illud
qđ ꝓ ingenti cōminatione ꝓnūcia
tur. non inferet cadauer tuū in ſe
pulchro patrū tuoꝝ. non quo vel
illius ꝓfana ꝯmenta qui vitulos
aureos. ad perpetuā p̄uaricationē
plebis. impiāq; a dn̄o ſepationē
p̄mus inſtituit. vel illoꝝ tā innu
mera tāq; nefaria ſacrilegioꝝ cri
mina hec exeq̄re breuis ac mo
mentanea pena ſufficeret. ſ; vt ce
teris quoq; qui futurā vel negligē
tes. vel penitus non credētes. conſi
deratione tantūmodo p̄ſentiū fran
gebant̄. terror iſtarū quas metu
ebant vltionū incuteret̄ exēplo.
nec apud illā ſūmi nominis ma
ieſtatē eſſe humanarū rerū et coti
diane diſpenſationis incuriā de ca
mento huius ſeueritatis agnoſce
rent. ac retributorē deum actoꝝ
cunctoꝝ per hec q̄ grauiſſime formi
dabant manifeſtius peruiderent.
Inuenimꝰ ſane eādē ꝓ leuioribus
culpis nōnullos eandē mortis ad
p̄ſens excepiſſe ſententiā qua ſunt
ꝯ illi puniti q̄s p̄diximus extitiſſe
ſacrilege p̄uaricationis auctores.
vt factū eſt in illo qui in ſabbato
ligna collegerat. vel in anania ꝯ
ſaphira. qui parū quiddā de ſubſtā
cia ſua infidelitatꝭ errore ſeruaue
rant. non ꝙ equalia fuerint pōdͤa
peccatoꝝ. ſ; q2 reperti noue tranſ
greſſionis preſūptores. debuerūt
p̄bere ceteris quēadmodū peccati
ita etiam pene ac terroris exēplū.

vt q̄ſquis eadē deinceps affectare
teptaſſet. noſſet ſibi ſecundū eandē
formam qua illi dāpnati ſunt eā
ſi in p̄ſenti ſuppliciū differatur. in
futuri iudicij examinatiōe reddēdū
Et q2 videmur exceſſum quēdam
dū genera teptationū vel vltionū
pariter volumꝰ a ꝓpoſita narra
tione feciſſe qua dicebamꝰ virum
perfectū in vtraq; teptatione ma
nere ſempq; imobilem. ad eandē
nūc iterū reuertamur

Caplm̄ duodecimū.

Itaq; mens viri iuſti nō
debet eſſe ſimilis cere vel
alterꝰ cuiuſq̄ materie mollioris.
que ſemper caractⁱ ſignantiū ce
dens ꝓ eiꝰ forma atq; ymagine
figurat̄. q̄q; in ſe tam diu retinet
donec alio rurſū ſuperimp̄ſſo ſigna
culo reformetur. atq; ita fiet vt
nūq̄ in ſua qualitate perſiſtēs. ad
formam eorum que imprimūtur
ſemper cōuertatur atq; tranſeat.
Quin pocius debeat velut quod
dam eſſe adamantinū ſignatoriū.
vt inuiolabilem mens noſtra figu
ram ſui cuſtodiens. caracteris vni
uerſa que incurrerint ſibi ad qua
litatem ſui ſtatus ſignet atq; trāſ
formet. ipſa vero inſigniri nullis
incurſionibus poſſit

Capitulū decimūtercium

Germanus. Poteſt ne
mens noſtra vnum ſtatū
iugiter retinere. et in eadē ſemper
qualitate ꝑſiſtere?

¶Caplm̃ decimũquartũ

THeodor9· Neceſſe eſt vt ſecũdũ apoſtolũ aut reno
uatus quis ſpiritu mẽtis ſue per
ſingulos dies pficiat· ad ea ſe q̃
iam ante ſunt ſemp extendẽs · aut
ſi neglexerit· cõſequẽs eſt vt retro
redeat· atq; in deterius delabat·
Et idcirco nullo mõ poterit mẽs
in vna atq; eadẽ qualitate durare·
velut ſi quis contra aquas flumi
nis· violenti nauim ſubigere ĩpul
ſione conetur· neceſſe eſt eũ aut v̉
tute brachiorũ torrẽtis aluei ĩpetũ
deſecante ad ſuperiora cõſcendere·
aut remiſſis manibus ad p̃ceps
pno amne reuocari ¶Caplm̃·xv·

QVapropt̉ iſtud erit cui
dens noſtri indiciũ detri
menti· ſi intellexerimus
nos nichil ãplius adquiſiſſe· nec
dubitem9 retrorſũ õnimodis reuo
catos· qua die non ſenſerim9 ad
ſuperiora pgreſſos · quia vt dixi·
nec in eodem ſtatu mens hoĩs po
teſt iugiter pmanere · nec in hac
carne conſiſtens ita virtutũ apicẽ
poſſidebit · quiſq; ille ſanctorũ vt
ĩmobilis pſeueret Neceſſe eſt enĩ
aut aliquid adici illis ſemp aut
minui Nullaq; in omni creatura
talis poterit eſſe pfectio · q̃ muta
bilitatis non ſubiaceat paſſioni ·
ſecundũ illud qd̃ in libro beati iob
legitur Quid eſt homo vt imacu
latus ſit·et iuſtus appareat natus
de muliere? Ecce int̉ ſanctos ei9
nemo imutabilis·et celi non ſunt
mũdi in cõſpectu eius Solũ nãq;
deum ĩmutabilẽ confitemur; quẽ
tantũmõ ſancti illius pphete ita
cõpellat orõ Tu ãt idem ipſe es
Et ipſe de ſe Ego ſũ inquit de9;
et nõ mutor Qui ſcilicet ipſe ſit na
turaliter ſemp bon9·ſemp plen9·
ſempq; pfect9; cui nichil nec adici
poſſit aliqñ nec minui Ideo debe
mus ad virtutũ ſtudia inremiſſa
cura ac ſolliatudine noſmetipſos
ſemp extendere·ipſiſq; nos iugit̃
exercitijs occupare· ne ceſſante p
fectu cõfeſtim diminutio ſubſequat̃
Vt ei diximus in vno mens eodẽ
q; ſtatu manere non p̃ualet; id ẽ
vt nec augmẽta v̉tutũ capiat nec
detrimẽta ſuſtineat Non adq̃ſiſſe
enĩ eius minuiſſe eſt; q2 deſinẽs
pficiendi appetitus· non aberit a
periculo recedẽdi ¶Caplm̃·xvi·

IDeoq; iugis celle cõmo
ratio retentãda eſt Toti
ens enĩ eam reuerſus
quis velut nouus in ea ⁊ incipiẽs
habitator· titubabit atq; turbabi
tur; quotiens ab eadẽ fuerit eua
gatus· Illam nãq; quã in cella re
ſidens adq̃ſierit animi intẽtionẽ ·
ſi fuerit relaxata recuperarẽ rurſus
non ſine labore poterit ac dolore·
Et per hoc reductus retro non de
amiſſo cogitabit pfectu quem ſup
adicere potuit ſi e cella non fuiſſet
excurſus· ſꝫ gaudebit poci9 ſi illũ
ſtatũ de q̊ recidit ſemetipſũ ſenſerit
recepiſſe Nã ſicut amiſſũ ac p̃teritũ
temp9 vlteri9 reuocari nõ poteſt;

ſtā nec illa quidē que perierūt poſ
ſunt emolumenta reſtitui. Quātū
libet enim poſt hec animi intentio
fuerit operata . inſtantis diei pro
fectus et preſentis tēporis queſtꝰ
eſt . non lucri ſemel perditi repa
ratio

Caplm̄ decimūſeptimū

Mutabilitati autē etiam
ſupernas poteſtates vt
diximus ſubiacere: declarant illi
qui de eorum numero corrupte vo
luntatis vicio corruerunt . Unde
neqꝫ illi immutabilis nature eſſe
putandi ſūt qui in illa qua creati
ſunt beatitudine pſeuerant . eo ꝙ
in contrariā partem non fuerunt ſi
militer deprauati. Aliud nāqꝫ eſt
īmutabilis nature eſſe. aliud vir
tutis induſtrie boniqꝫ cuſtodia ꝑ
īmutabilis dei grām non mutari
Quidquid enim per diligentiam
vel acquirit̄ vel tenet̄: poteſt eādē
vel per negligentiā deperire Ideo
qꝫ dicitur . Ne beatifices hominē
ante exitum ſuū. ꝙ videlicet in vol
lutationū adhuc ē qꝫ vt ita dice
rim ſcaminate conſtitutus . ꝙuis
vincē ſoleat ac frequētes palmas
victorie conſequatur . nō poteſt ta
men a metu ac ſuſpicione incerti
pventus eſſe ſecurus . Et idcirco
deus ſolus īmutabilis vel bonus
dicitur: qꝛ bonitatē non induſtrie
ſtudio. ſed naturaliter poſſidens .
non poteſt aliud quid eſſe ꝙ bonꝰ
Nulla igitur virtus poteſt īmobi
liter poſſideri ab homine . ſed vt
parta iugiter teneatur. neceſſe eſt
eam ſemper illa qua acquiſita eſt
ſedulitate atqꝫ induſtria cuſtodiri.
et quod magis verū eſt iuuantis
grē beneficio cuſtodiri.

Caplm̄ decimūoctauū

Lapſus vero quiſpiam ne
quaq̄m ſubitanea ruina
corruiſſe credendus eſt. ſꝫ aut pra
ue deſtinationis decipit̄ exordio.
aut per longam mentis incuriam
paulatim virtute animi decedente.
et per hoc ſenſim vicijs increſcenti
bus caſu miſerabili concidiſſe Ante
contritioēꝫ enim precedit incuria.
et ante ruinam mala cogitatio .
quēadmodum domus nūꝙ ſubi
taneo ad ruinam procūbit impul
ſu. niſi aut antiquo vicio fundamē
torum. aut longa inhabitantium
deſidia ſtillicidijs primum paruiſ
ſimis penetrantibus corrupta ſen
ſim fuerint munimenta tectorum.
quibus per vetuſtam negligenti
am in maiorem modū patefactis
atqꝫ collapſis . vbertim poſt hec
influit pluuiarum ymbriūqꝫ tem
peſtas. In pigricijs enim humili
abitur contignatio: et ſegnicie ma
nuum ſtillabit domus Quod ani
me ſpiritaliter euenire: idem ſalo
mon alijs verbis ita deſignat .
Stillicidia inquiens eiciunt homi
nem in die hyemali de domo ſua.
Eleganter ergo mentis incuriam
domati cōparauit tectoqꝫ neglecto.

per quā primo quidē velut minutiſſima quedā penetrant ad animā ſtillicidia paſſionū. Que ſi velut parua ac leuia negligant. corrūpunt tigna virtutū. et poſt hec influūt ymbre largiſſimo viciorū. ꝑ quē in die hiemali. id eſt ī tēpore tēptationis. ingruente impugnatione dyaboli. expellit mens de habitatione v̄tutū. in qua ſcilicet aliqn̄ circūſpecta diligentia ſe retinens. velut in ꝓpe domo poſſeſſionis requieuerat. Hijs itaqꝫ cōpertis infinitā ſpiritalis cibi percepimꝰ voluptatē. ita vt ex hac collatiōe maiore animi gaudio ꝯpleremur. ꝙ̄ ante triſticia ſuper nece ſanctoꝝ fueramus affecti. Non ſolū enim de quibꝰ heſitabamꝰ edocti ſumꝰ. verū eciā illa q̄ ꝓ tenuitate ſenſus noſtri inquirē non noueramꝰ. illiꝰ queſtionis interrogatione cognouimꝰ

Explicit collatio abbatis theodori de nece ſanctorū

Incipiūt capitula de abbatis yſaac collatione p̄ma.

Prohemiū collationis .I.
Verba abbatis yſaac ſup oracionis qualitate .ij.
Quēadmodū pura ac ſincera paratur oratio .Iij.
De mobilitate anime plume ac penule cōparata .Iiij.
De cauſis quibꝰ mens noſtra aggrauatur .V.
De viſione cuiuſdā ſenis quam ſup fratris inq̄eta operatione perſperit interrogatio .Vi.
Interrogatio de eo ꝙ maioris difficultatis ſit cuſtodire cogitationes bonas ꝙ̄ parare .Vij.
Reſpōſio de diuerſis orationū qualitatibꝫ .Viij.
De quatripartita orationū ſpecie Capitulū nonū
De ordine ſpecierū que ſuper orationis qualitate ponuntur Capitulū decimū
De obſecratione .Xi.
De oratione .Xij.
De poſtulatione .Xiij.
De graciā actione .Xiiij.
Vtrū quatuor orōnis ſpecies ſimul et omnibus an ſingillatim et viciſſim vnicuiqꝫ ſint neceſſarie Capitulū decimūquintū
Ad quas orōnū ſpecies noſmet ipſos extēdere debemꝰ .Xvi.
De quatuor orōnū generibus a dn̄o inicatis .Xvij.
De orōne dominica .Xviij.
De eo ꝙ dicit adueniat regnū tuū .Xix.
De eo ꝙ dicit fiat voluntas tua Capitulū vicesimū
De pane ſupſubſtantiali vl̄ cotidiano .Xxi.
De eo ꝙ dicit dimitte nobis debita nrā et cetera .Xxij.
De eo ꝙ dicit ne inducas nos in tēptationē .Xxiij.

¶ De eo q̄ non debeāt alia poſ
tulare q̄ hec tm̄ que orōnis domi
nice modulo ꝯtinent · xxiiij ·
¶ De qualitate ſublimioris orati
onis ¶ Caplm̄ · xxv ·
¶ De compunctionum
cauſis ¶ Caplm̄ · xxvi ·
¶ De diuerſis compūctionū qua
litatibus ¶ Caplm̄ · xxvij ·
¶ Interrogatio de eo q̄ non ſit
in noſtra poteſtate ꝓfuſio lacrima
rum ¶ Caplm̄ · xxviij ·
¶ Reſponſio de diuerſitate cōpūc
tionū que per lacrimas digeruntur
Capitulū vicesimūnonū
¶ De eo q̄ clia non debeant la
crime quando non ſpontanee pro
feruntur ¶ Caplm̄ tricesimū
¶ Sententia abbatis anthonij ſup
orōnis ſtatu ¶ Caplm̄ · xxxi ·
¶ De exauditionis indicio
Caplm̄ tricesimūſecundū ·
¶ Obiectio quia predicte exaudi
tionis fiducia tantūmodo ſanctis
cōueniat ¶ Caplm̄ · xxxiij ·
¶ Reſponſio de diuerſis exaudi
tionū cauſis ¶ Caplm̄ · xxxiiij ·
¶ De orōne itra cubiculū ⁊ clau
ſo oſtio deferenda · xxxv ·
¶ De vtilitate breuis ac tacite
orōnis ¶ Caplm̄ · xxxvi ·

¶ Expliciūt capitula ·

¶ Incipit collatio abbatis yſaac
prima de orōne ¶ Caplm̄ pmū

DE perpetua ora
tionis atq̧ inceſ
ſabili iugitate
quod in ſecundo
inſtitutionū libro
ꝓmiſſum eſt: col
lationes ſenis huius quē nunc in
mediū proferimus id eſt abbatis
yſaac domino fauente cōplebunt ·
Quibus explicatis ex preceptis
beatiſſime memorie pape caſtoris ·
et deſiderio veſtro o beatiſſime pa
pa leonti ⁊ ſancte frater elladi ſa
tis feciſſe me credo · voluminis am
plitudine primitus excuſata · que
ſtudentib9 nobis nō ſolum ſermo
ne ſuccincto narrāda preſtringere ·
ſed etiam plurima ſilentio ꝑterire
in maiorē modū q̄ diſpoſueram9
extenſa eſt · Premiſſa namq̧ ſup
diuerſis inſtitutis diſputatione co
pioſa quā nos ſtudio breuitatis
reſecarē maluim9 · hec ad extremū
beatus yſaac intulit verba

¶ Caplm̄ ſecundū

OMnis monachi finis cor
diſq̧ ꝑfectio ad iugem at
q̧ indiſruptā orōnis ꝑſeuerantiā
tendit · et q̄tū humane fragilitati
conceditur · ad imobilem trāquilli
tatem mentis ac perpetuā nititur
puritatem · Ob quam omnē tam
laborem corporis q̄ contritionem
ſpiritus indeffeſſe querim9 · et iugi
ter exercem9 · ⁊ eſt inter alterutrū
reciproca quedā inſeparabiliſq̧ cō
iunctio · Nam ſicut ad orōnis ꝑfecti
onē · omniū tendit ſtructura vtutū ·

ita niſi huius culmine hec om̄nia fuerant colligata atq; cōpacta. nullo modo firma poterūt vł ſtabilia ꝑdurare. Queadmodū ſine illis adquiri vel conſūmari non poteſt hec ꝺ qua loq̄mur ꝑpetua oꝛōnis iugiſq; tranquillitas. ita nec ille quidem virtutes q̄ hanc ꝯſtruūt abſq; huius poſſunt aſſiduitate cōpleri. Ideo nec recte tractare de oꝛōnis effectu. nec ad eius pꝛincipalē finē. qui vniuerſarū virtutū molitione ꝑficit. ſubitanea diſputatione poterim⁹ intrare. niſi pꝛius vniuerſa q̄ illius obtentu vel abſcidēda ſūt vel paranda. ꝑ oꝛdinē dinumerata fuerint atq; diſcuſſa. et ſecundū euangelice parabole diſciplinam. ea q̄ ad ſpiritalis ac ſublimiſſime illius extructionē ꝑtinent. turris ſupputata ac diligēter ante ꝯgeſta. q̄ tamen nec ꝓderūt ꝓparata. nec recte ſupponi ſibimet excelſa culmina ꝑfectionis admittent. niſi egeſto pꝛius omni repurgatione viciorū. et effoſſis atq; ſucciſis. mortuiſq; ruderibus paſſionum. viue vt aiūt ac ſolide terre pectoris noſtri. ꝑmo illi euāgelice petre ſupiecta fuerint ſimplicitatis et humilitatis firmiſſima fūdamenta. quibus hec turris ſpiritaliū virtutū molitionib⁹ extruenda. et īmobilit' valeat ſtabiliri. et ad ſūma celoꝝ faſtigia. cōfidentia ꝓp̄e firmitatis attolli. Fundamenta etenim talibus innitentē. q̄uis paſſionū ymbꝛes largiſſimi ꝯfundant. q̄uis ei perſecutionū violenti toꝛrentes. inſtar arietis illidant. q̄uis inruat et incūbat aduerſarioꝝ ſpirituū ſeua tempeſtas. non ſolū ruina non diruet. ſꝫ nec ipſa aliquatenus vexabit impulſio.

## ¶ Capitulū tercīu

Et idcirco vt eo feruoꝛe ac puritate q̄ debet. emitti poſſit oratio: hec ſꝫ omnimodo obſeruanda. Primū. ſollicitudo rerū carnaliū generalit' abſcidenda eſt. Deinde. nullius negocij cauſe ue. non ſolū cura. ſꝫ nec memoꝛia quidē penitus admittēda. detractiones. vaniloq̄a. ſeu młtiloquia. ſcurrilitates quoq; ſimiliter amputāde. Ire pꝛe oībus ſiue triſticie ꝑturbatio. funditus eruenda: ꝯcupiſcentie carnalis ac fylargirie noxius fomes. radicitus euellēd⁹. Et ita hijs ac ſimilib⁹ vicijs extruſis penitus et abſciſis. q̄ hominū quoq; poſſūt patere cōſpectibꝫ. aliq̄ vt dixim⁹ ēpurgij emūdatiōe ꝓmiſſa. q̄ ſimplicitate et innocentie puritate ꝑficitur. iacienda ſūt pꝛimū. ꝓfunde humilitatis inconcuſſa fundamēta. q̄ ſcilicet turrī intraturā celos. valeant ſuſtinere. deinde ſupponenda virtutū ſpiritalis extructio. et ab omni diſcurſu atq; vagatione lubꝛica anim⁹ inhibēd⁹. vt ita paulatim ad contēplationē dei ac ſpiritalis intuitus. incipiat ſublimari. Quidquid eni ante oꝛōnis horā anima noſtra ꝯceperit: neceſſe eſt oꝛātib⁹

nobis·ꝑ ingeſtionē recordationis
occurrat· Quāobrem quales orā
tes volumus inueniri: tales nos
ante orōnis tempus ꝑparare debe
mus· Ex precedente enim ſtatu
mens in ſupplicatione formatur·
eorūdemq; actuū procūbentibus
nobis ad prec̄·verborū quoq; vel
ſenſuū an̄ oculos ymago pludēs·
aut iraſci nos ſecundū precedentē
qualitatē· aut triſtari· aut cōcupiſ
centias· cauſas ve p̄teritas retrac
tare· aut riſu fatuo qđ etiā pudet
dicere cuiuſꝗ̄ ſcurrilis dicti vel facti
titillatione pulſari· aut priores fa
ciet volitare diſcurſus· Et idcirco
quidquid orantibꝫ nobis nolumꝰ
vt irrepat· ante orōnem noſtram
de aditis noſtri pectoris excludere
feſtinemꝰ· vt ita illud apoſtolicū
poſſimꝰ implere Sine intermiſſio
ne orate: et in oī loco leuātes pu
ras manꝰ ſine ira ⁊ diſceptatiōe·
Alias nāq; mandatū iſtud ꝑficere
nō valebimꝰ· niſi mens noſtra ab
oīm viciorū purificata cōtagione·
virtutibus tm̄ velut naturalibꝰ bo
nis dedita· iugi oīpotētis dei con
tēplatione paſcatur

## Caplm̄ quartū·

Et enim qualitas anime
nō inepte ſubtiliſſime plu
me ſeu penne leuiſſime cōparatur·
Que ſi humoris cuiuſꝗ̄ extrīſecꝰ
accidentis corruptione· viciata nō
fueit vel infuſa: mobilitate ſubſtā
tie ſue tenuiſſimi ſpiritus adminē
to velut naturaliter ad ſublimia
celeſtiaq; ſuſtollitur· Sin vero hu
moris cuiuſꝗ̄ aſpergine vel infuſi
one fuerit p̄grauata· non modo in
nullos aerios volatus naturali
mobilitate raptabit̄· ꝫ etiam ad
ima terre cōcepti humoris pondere
deprimet̄ Ita mens quoq; noſtra
ſi accedentibꝰ vicijs curiſq; mūda
nis aggrauata nō fuerit· noxie ve
libidinis humore corrupta· velut
naturali puritat̄ ſue beneficio ſub
leuata· leuiſſimo ſpiritalis medi
tationis afflatu ſublimabitur ad
ſuꝑna· ⁊ humilia deſerēs atq; ter
rena· ad illa celeſtia et inuiſibilia
trāſferet̄· Unde ꝗ̄pe ſatis p̄cept̄
dominicis āmonemur· Uidete ne
qn̄ grauētur corda veſtra in crapu
la ⁊ ebrietate: et curis ſecularibꝰ
Et idcirco ſi volumus orōnes noſ
tras non ſolū celos ſed etiam que
ſupra celos ſunt penetrarē· curemꝰ
mentē noſtrā ab omnibꝫ terrenis
vicijs expurgatam· cunctiſq; mun
datam fecibus paſſionum· ad ſub
tilitatem perducere naturalem· vt
ita ad deum oratio eius· nullo vi
ciorum pondere pregrauata con
ſcendat·

## Capitulū quintū

Notandū tn̄ quibꝰ ex cau
ſis grauari mentē· dn̄s de
ſignauerit· Non enim adulteria·
non fornicationes· nō homicidia·
nō blaſphemias· nō rapinas· que
mortalia eſſe et dāpnabilia nullꝰ
ignorat· ꝫ crapulā poſuit ⁊ ebrietatē
⁊ curas ł ſollicitudines ſeculares·

que in tantū nemo hominū mūdi
hui⁹ cauet aut dāpnabilia iudicat.
vt etiā nōnulli qđ pudet dicere. ſe
metipſos monachos nūcupātes.
hijſdem ipſis diſtentionib⁹ velut
innoxijs et vtilibus implicentur.
Que tria licet ſecundū litterā ꝑpe
trata adgrauēt animā atq; a deo
ſeparent. ac deprimāt ad terrena.
eſt tamen eorū facilis declinatio.
et maxime nobis qui tam longa
remotione ab oī ſeculi huius ꝯuer
ſatione diſiūgimur. et iſtis viſibi
libus curis atq; ebrietatib⁹ et cra
pulis nulla penit⁹ occaſione miſ
cemur Uerū eſt alia quoq; crapu
la ⁊ nō min⁹ noxia ⁊ ebrietas ſpi
ritalis difficilius euitāda. cura q̊q;
ac ſolicitudo ſecularis. q̄ nos etiā
poſt oīm facultatū noſtrarū ꝑfectā
renūciationē ⁊ vini epularūq; cūc
tarū cōtinentiā et quidē in ſolitudi
ne conſtitutos frequent̄ inuoluūt
De quib⁹ ꝓpheta Expgiſcimini
inquit qui eſtis ebrij. ⁊ nō a vino
Alius quoq; Obſtupeſcite et āmi
ramini. fluctuate ⁊ vacillate. inebri
amini ⁊ non a vino. mouemini ⁊
non ebrietate. Cuius ebrietatis
vinū cōſequent̄ necesse eſt. vt ſecū
dū ꝓphetā furor draconū ſit. ipſū
q; vinū de qua radice procedat adu
tite. Ex vinea inquit ſodomorum
vinea eorū ⁊ ſarmentū eorū ex go
morra. Uis etiā fructū vitis iſti⁹
atq; ſarmenti germen agnoſcē ?
Uua eorū vua fellis ⁊ botr⁹ ama
ritudinis ipſius Que oīa niſi fue
rimus cūctis vicijs expurgati. ⁊
ab omniū paſſionū crapula ſobrij.
abſq; ebrietate vini epularūq; ō
niū affluētia. erit cor noſtrū ebri
etatis crapula magis noxia ꝑgra
uatū. Nam q2 ſeculares cure etiā
in nos. qui nullis actibus mūdi
huius admiſcemur. cadē nōnūq̄
poſſint. manifeſta rōne mōſtratur
ſecundū regulā ſeniorū. qui q̄dq̄d
neceſſitatē vict⁹ cotidiani ⁊ ineui
tabilē vſum carnis excedit. ad ſe
cularē defluerūt curā ⁊ ſollicitudi
nem ꝑtinē. vt Ubi grā. ſi compos
ſit operatio vni⁹ ſolidi neceſſitatē
noſtri corporis expedire. ad duorū
trium ſolidorū adquiſitionē. noſmet
ipſos ꝓpenſiore velimus opere ac
labore diſtendē Et cū duarū vela
men ſufficiat tunicarū ad vſū ſcili
cet noctis ac diei ⁊ triū l' quatuor
fieri parem⁹ Cumq; vnius ſiue
duarū ſufficiat habitatio cellularū.
ambitione ſeculari atq; amplitu
dine delectati. quatuor ſeu quinq;
cellas has eaſdem exquiſiti orna
tus ⁊ capaciores q̄ neceſſitas deſi
derat extruamus. paſſionē libidi
nis mūdalis in quibus poſſimus
ꝑferentes. Quod nō ſine inſtinctu
demonū fieri. manifeſtiſſima nos
experimenta docuerūt

Capitulū ſextū.

Nam quidā ꝓbatiſſim⁹ ſe
niorū cum tranſiret iuxta
cellam cuiuſdā fratris. hac animi
qua dixim⁹ egritudine laborātis.
vtpote q̄ in extruēdis reparādiſq;

ſupfluis inquietus cotidianis diſ
tentionib9 deſudaret. et emin9 con
ſpexiſſet cū graui malleo. ſaxū du
riſſimū conterentē. vidiſſetqꝫ ethio
pem quēdam aſtantē illi. ⁊ vna cū
eodem ictus mallei iūctis ⁊ inſer
tis manibus illidentē. eumqꝫ ad
operis illius inſtantiā ignitis fa
bus inſtigātē. diutiſſime ſubſtitit.
vel impreſſionē duriſſimi demoīs
vel fraudem tante illuſionis āmi
rans. Cum enim nimia laſſitudi
ne fatigatus frater. requieſcere iā
finemqꝫ operi voluiſſet imponere.
inſtigatione ſpiritus illius anima
tus. iterū reſumere malleū. nec de
ſinere ab intētione cepti operis vr
gebatur. ita vt eiſdem eius incita
mentis infatigabilit̄ ſuſtentat9.
tanti laboris nō ſentiret iniuriam
Tandem igitur ſenex tam dira
demonis ludificatione ꝑmotus.
ad cellam fratris diuertit. ſalutāſ
qꝫ eum. Quid inquit eſt frater il
lud opus quod agis? Laboram9
ait contra iſtud duriſſimū ſaxum:
vixqꝫ illud potuim9 aliquando cō
terere. Ad hec ſenex. Bene dixiſti
vix potuim9 Non enī ſolus eras
cū illud cederes. ſed fuit tecū alius
quem non vidiſti. qui tibi in hoc
opere non tam adiutor. ꝙ̄ violen
tiſſimus impulſor inſtabat. Et
idcirco morbū ambitus ſecularis
noſtris mentibus non ineſſe. non
vtiqꝫ eorū tm̄ negociorū abſtinen
tia cōprobabit. que etiā ſi velim9
explere non poſſum9. neqꝫ illarū

deſpectus rerū. quas ſi affectauerī
mus. tā apud ſpūtales viros ꝙ̄
apud ſeculi hoīes notabiles ꝑma
fronte reddemur. ſꝫ cū etiam illa q̄
nrē ſuppetūt poteſtati. ⁊ honeſtate
quadā vident̄ obnubi. rigida mēt̄
diſtrictione reſpuim9 Et reuera nō
min9 que ꝑua vident̄ ⁊ minima.
queqꝫ ab hijs qui nrē ꝓfeſſionis ſē
cernim9 indifferent̄ admitti. pro
qualitate ſua aggrauāt mētē. quā
illa maiora q̄ ſecūdū ſuū ſtatū ſecu
lariū ſenſus inebriare cōſueuerūt.
nō ſinētia depoſita fece terrena. ad
dominū ī quo ſemꝑ defixa eſſe de
bet ei9 intētio monachū reſpirare.
cui ab illo ſūmo bono vel ꝑua ſepa
ratio mors ꝑ̄ſens. ac ꝑniciosiſſim9
interitus eſt credēd9. Cūqꝫ mens
tali fuerit trāquillitate fūdata. vel
ab oīm carnaliū paſſionū nexib9
abſoluta. ⁊ illi vni ſūmoqꝫ bono te
naciſſima adheſerit cordis intētio.
apoſtolicū illud iplebit Sine int̄
miſſione orate: et ī oī loco leuātes
puras man9 ſiñ ira ⁊ diſceptatiōe
Hac eī puritate ſi dici poteſt ſenſu
mentis abſorto. ac de terreno ſitu
ad ſpiritalē atqꝫ angelicā ſimilitu
dinē reformato. ꝗcꝗ in ſe receperit.
ꝗcꝗ tractauerit. ꝗcꝗ egerit. puriſſi
ma atqꝫ ſinceriſſima erit oratio.

Caplm̄ ſeptimū

Germanus. Vtinā ſimuli
modo atqꝫ eadē facilitate
qua ſemina ſpūtaliū cogitationū
pleruqꝫ concipimus: etiam perpe
tuitatē eorum poſſidere poſſem9.

Cū enī fuerint • ſiue ꝑ memoriā
ſcripturarū • ſeu ꝑ recordatione͂ ſpi
ritaliū quorūqꝫ actuū • vel certe • ꝑ
intuitū ſacramētoꝝ celeſtiū noſtro
corde cōcepte • inuiſibili quadā fuga
lapſe ꝯtinuo euaneſcūt Cumqꝫ
alias quaſlibet occaſiones ſpirita
liū ſenſuū mens noſtra repperit •
rurſus alijs in repentib9 ipſe que
apphenſe fuerant lubrica volubili
tate defugiūt • ita vt nullā conſtā
tiā ſui retineat anim9 • nec poteſta
te ꝓpa ſanctarū cogitationū poſſi
dens firmitate͂ • tūc etiam cū eas
videtur vtcūqꝫ retinere • fortuitu
illas et nō de induſtria concepiſſe
credat̃ Quomodo enī ortus earū
noſtro arbitrio putabit̃ aſſcriben
dus? quarū ꝑſeuerātia nō cōſiſtit
in nobis? Sed ne forte ſub hui9
queſtionis indagine a cepto narra
tionis ordine longius euagātes •
expoſitione͂ ꝓpoſitā ſuper orōnis
ſtatu diutius retardem9 • ſuo hāc
tēpori reſeruātes • de qualitate orō
nis inſtātiſſime ꝗſum9 informari •
ꝓſertim cū nullo tpe ab ea ceſſare
btūs aplūs moneat dicens • ſine
ītermiſſione orate Et ideo primū
de qualitate eius deſideram9 inſti
tui • id ē qualis debeat emitti ſēꝑ
oratio • deinde qualiter hāc eande͂
quecūqꝫ eſt poſſidere vel exercere
ſine intermiſſione poſſim9 • Non
enī parua cordis intētione eam ꝑ
fici poſſe ⁊ experiētia cotidiana •
ꝓſecutio tue ſanctitatis oſtendit •
qui fine͂ monachi ac totius ꝑfecti
onis culme͂ in orōnis ꝯſūmatione
conſiſtere definiſti

Capitulū octauū

Iſaac Vniuerſas orōnū
ſpecies abſqꝫ ingenti cor
dis ꝯtritiōe atqꝫ anime puritate •
et illuminatione ſpūs ſancti • arbi
tror cōprehendi nō poſſe Tot eī
ſunt • quot in anima vna • ꝑmo in
cūctis animabꝫ • ſtatus queūt • qua
litateſqꝫ generari Et ideo licet ſci
amus nos ꝓ hebetudine cordis
noſtri vniuerſas orōnū ſpecies nō
poſſe ꝑſpicere: tn̄ in ꝗtū mediocri
tas experiētie noſtre aſſequi ꝓua
luerit • digerere eas vtcūqꝫ tēpta
bim9 • Secundū menſurā namqꝫ
puritatis in qua mens vnaqueqꝫ
ꝓficit • et qualitate͂ ſtatus in q̊ vel
ex accidentib9 inclinat̃ • vel ꝑ ſuā
renouat̃ induſtriā • ipſa quoqꝫ mo
mentis ſingulis reformat̃ • Et id
circo vniformes orationes emitti
ſemꝑ: a nemine poſſe certiſſimū
eſt • Aliter enī quiſqꝫ ſupplicat cū
alacer eſt: alit̃ cū triſticia ſeu deſ
perationis pōdere ꝑgrauat̃ • Alit̃
cū ſpiritalibus ſucceſſibus viget:
aliter cū īpugnationū mole depri
mitur • Aliter cū veniā peccatoꝝ •
aliter cū adquiſitione͂ grē ſeu cui9
libet ꝟtutis expoſcit: vel certe ex
tinctione͂ cuiuſꝗ vicij depcat̃ • Ali
ter cū cōſideratione gehēne • ac fu
turi iudicij timore compūgit̃: ali
ter cū ſpe futuroꝝ bonoꝝ deſide
rioqꝫ inflāmat̃ Aliter cū in neceſſi
tatibus ac periculis: aliter cū in

ſecuritate ac tranquillitate verſatur.
Aliter aũ ſacramẽtorũ celeſtiũ reue
lationibꝰ illuſtratur: aliter aũ ſterili
tate virtutũ ac ſenſuũ ariditate con
ſtringitur. ¶ Caplm nonũ

E T idcirco hiis ſup orõnũ
qualitate digeſtis. licet nõ
quantũ expoſcit materie
magnitudo. ſꝫ quãtũ vel tẽporis ad
mittit anguſtia. vel certe capere tenui
tas ingenij noſtri ⁊ cordis preualet
hebetudo. maior nũc nobis imminet
difficultas. vt ipſas ſingillatim
orõnũ ſpecies exponamus. quas
aplũs quadripartita rõne diſtinxit
ita dicens. Obſecro itaqꝫ primo
oĩm fieri obſecrationes. orõnes.
poſtulationes. gratiarũ actiones.
Que nõ inaniter ab aplõ ita fuiſſe
diuiſa: minime dubitandum eſt.
Primitusqꝫ indagandũ quid obſe
cratione. quid orõne. quid poſtula
tione. quid grãrũ actione ſignet.
deinde perquirendũ vtrũ hee quatuor
ſpecies ab orãte ſint pariter aſſumẽ
de. id ẽ vt oẽs ſimul in vnaquaqꝫ
ſupplicatione iungantur. an viciſſim
ſingillatimqꝫ ſint offerende. vtpu
ta nũc quidẽ obſecrationes. nunc
vero orõnes. nunc autẽ poſtulatio
nes ſeu grãrũ actiones oporteat
promi. an certe alius quidẽ obſecra
tiones. alius orõnes. alius vero
poſtulatiões. alius vero grãrũ acti
ones. deo debeat exhibere. ſecũdũ
menſurã ſcilicet etatis ſue in qua
vnaqueqꝫ mẽs pro intẽtionũ proficiat
induſtria. ¶ Caplm decimũ

E T ideo primũ ꝯpetaret
ipſe ſũt nominũ verborũqꝫ
tractande. ac diſcutiendũ
quid inter orõnẽ ⁊ obſecratioẽꝫ ac
poſtulationẽ ſeu grãrũ actiones in
terſit. Deinde similiter perſcrutãdũ
vtrũ ſingillatim ſint an pariter exhi
bende. Tercio indagãdũ vtrũ eciã
ipẽ ordo qui ita eſt apli autoritate
diſpoſitus. aliqd ãplius inſtruat
auditorẽ. an ſimpliciter accipienda
ſit iſta diſtinctio et indifferẽter puta
da ſit ab illo taliter fuiſſe digeſta.
Qd m̃ ſatis videtur abſurdũ. Nõ
eĩ credẽdũ eſt aliqd tranſitorie. ac
ſine rõne ſpm ſcm̃ per aplm protuliſſe.
⁊ idcirco eodẽ quo cepimꝰ ordine. ſi
dñs donauerit. ſingula retractemꝰ
¶ Caplm vndecimũ

O Bſecro itaqꝫ p̃mo oĩꝫ fieri
obſecratioẽs. Obſecratio
imploratio eſt ſeu petitio pro pctĩs.
qua vel pro pñtibꝫ vel pro p̃teritis
admiſſis ſuis vnuſqſqꝫ compũctus
veniã deprecatur. ¶ Caplm. xij.

O Rationes ſunt qbꝫ aliqd
offerimꝰ ſeu vouemꝰ deo:
qd grece dicitur euxi. id ẽ
votum. Nam vbi dicitur in greco
toteyza lopt in katio adienã. in
latino legitur vota mea dño reddã.
Qd ſecundũ ꝯpetatẽ vbi ita expri
mi pt: orõnes meas reddam dño
Et illud qd legimꝰ ĩ eccleſiaſte. ſi
voueris votũ dño. ne morã feceris
reddẽ. illud in greco ſimiliter ſcribitur
camcynt vico. id ſi voueris orõnẽ
dño. ne morã feceris reddẽ illam.

Quod ita ab vnoquoqꝫ nrō iple
bitur Oram⁹ cū renūciantes huic
mūdo ſpōdem⁹ nos mortificatos
cū ctis actibꝫ ⁊ ꝯuſatioī mūdane.
tota cordis īteciōe dn̄o ſuituros
Oram⁹ cū pollicemur ſclāri hono
re ꝯtēpto ac terrenis opibꝫ ſpretꝭ.
ī oī ꝯtritione cordis ac paupꝑtate
ſpūs nos dn̄o cohesuros. Oram⁹
cū ꝓmittim⁹ nos puriſſimā corpo
ris caſtitatē ſeu īmobilē paciētiā
eſſe ꝑpetuo exhibituros. vel cum
de corde nrō radices ire. ſiue triſti
cie mortē operātes vouem⁹ fundi
tus euellendas Que cū deſidia reſo
luti atqꝫ ad antiqua vicia recurrē
tes minime fecerim⁹. erim⁹ orōnū
noſtrarū ac votoꝝ rei. dicturqꝫ de
nobis. Melius eſt non vouere q̄
vouere ⁊ nō reddere Quod ſcd̄m
grecū dici poteſt. Melius eſt non
orare te. q̄ orare ⁊ non reddere

Caplm̄ decimūtercium

Tercio loco ponūtur poſtu
lationes. quas ꝓ alijs
quoqꝫ dū ſum⁹ in feruore ſpiritus
conſtituti ſolemus emittē. vel pro
caris ſcilicet noſtris. vel ꝓ totius
mūdi pace poſcentes. Et vt ipſi⁹
apoſtoli verbis eloquar. cū ꝓ om
nibus hoībus. ꝓ regibus. ⁊ oīb⁹
q̄ in ſublimitate ſunt ſupplicam⁹

Caplm̄ decimūquartū

Quarto deinde loco grārū
actiones ponūtur. quas
mens vel cum preterita dei recolit
beneficia. vel cū p̄ſentia contēplatꝰ.
ſeu cū in futurū que ⁊ q̄nta prepa
rauerit deus hijs qui diligunt eū
ꝓſpiat ꝑ ineffabiles exceſſus deo
refert Qua cuā intētione nōnūq̄
p̄ces vberiores emitti ſolent. dū
illa q̄ repoſita ſunt in futuro. ſanc
toꝝ p̄mia puriſſimis oculis intu
endo. grās deo cū imenſo gaudio
ſpiritus noſter inſtigatꝰ effūdere

Capitulū. xv.

Ex quibus quatuor ſpecie
bus licet ſoleant occaſio
nes ſupplicationū generari. nam
et de obſecrationis ſpecie. que de
ꝯpūctione naſcitur peccatoꝝ. ⁊ de
orōnis ſtatu. q̄ de fiducia oblatio
nū. et ꝯſūmatione votoꝝ ꝓ ꝯſci
entie ꝓfluit puritate. et de poſtu
latione. q̄ de caritatis ardore ꝓce
dit. et de grārū actione. q̄ de bene
ficiorū ac magnitudinis ac pieta
tis eius ꝯſideratione generatur.
feruētiſſimas ſepiſſime nouim⁹ p̄
ces ignitaſqꝫ ꝓdire. ita vt conſtet
omēs has quas p̄dixim⁹ ſpecies.
omnib⁹ hoībus vtiles ac neceſſa
rias īueniri. vt in vno eodēqꝫ viro
nūc quidē obſecrationū. nūc autē
orōnū. nūc poſtulationū. nūc deo
grārū actionū. puras ac feruentiſſi
mas ſupplicatioēs variatus emit
tat affectus. tn̄ prima ad incipiē
tes videtꝰ peculiarius ꝑtinere. qui
adhuc viciorū ſuoꝝ aculeis ac me
moria remordētꝰ. Secūda ad illos
qui in ꝓfectu iā ſpiritali. ex appeti
tu virtutū. quadā mentis ſublimi
tate ꝯſiſtūt. Tercia ad eos qui
perfectionē votoꝝ ſuoꝝ operibus

adimplentes: intercedere ꝓ alijs
quoq; consideratione fragilitatis
eorū caritatis studio ꝓuocantur.
Quarta ad illos qui iam penali
cōsciencie spina de cordib9 pulsa.
singulares iam munificētias domi
ni ac miserationes quas vel in p̄
terito tribuit vel in p̄senti largiť.
vel ꝑparat ī futuro mēte purissima
retractātes. ad illā ignitā ⁊ q̄ ore
hominū nec cōp̄hendi nec exp̄mi
potest orōnem. feruentissimo corde
raptanť. Nōnūq̄ tn̄ mens que in
illū verum puritatꝭ ꝓficit affectū.
atq; in eo iā ceperit radicari. solet
hec oīa simul pariterq; cōcipiens.
atq; in modū cuiusdā incōprehen
sibilis ac rapacissime flāme cuncta
ꝓuolitās. ineffabiles ad deū p̄ces
purissimi vigoris effūdere. Quas
ipse spūs interpellās gemitib9 in
enarrabilib9. ignorantib9 nobis
emittit ad deū. tāta scilicet in illi9
hore momento concipiēs ⁊ ineffa
biliter in supplicatione ꝓfundēs. q̄
ta non dicā ore percurrere. ſz ne ipsa
quidē mente valeat alio tēpore re
cordari. Et inde est q̄ in qualibet
mensura quis positus nōnūq̄ pu
ras intētasq; preces inueniť emit
tere. qz de illo primo ⁊ humili or
dine. qui est sup recordatione futuri
iudicij. is qui adhuc sub terroris
est pena ac metu examinis cōstitu
tus. ita ad horam ꝯpungiť vt non
minore spiritus alacritate de obse
crationis pinguedine repleať. q̄
ille qui per puritatē cordis sui mu
nificētias dei perlustrās atq; per
currens. ineffabili gaudio leticiaq;
resoluiť. Incipit enim secundū sen
tentiā domini pl9 diligere: qz sibi
met ampliora cognoscit indulta

## Caplm decimūsextū

Tamen expetēde sūt nobis
per ꝓfectū vite ꝯsūmatio
nemq; virtutū ille pocius supplica
tionū species. que vel de contēpla
tione futuroꝝ bonorū. vel de cari
tatꝭ ardore funduntur. seu certe vt
humilius ⁊ secūdm incipientiū mē
suram loquar. ꝓ acquisitione qua
rūcūq; virtutū. seu vicij cuiuslibet
extinctione generāť. Aliter enim
ad illa sublimiora q̄ p̄diximus sup
plicationū genera ꝑuenire nullate
nus poterim9: nisi per ordinē pos
tulationū istarū sensim mens nr̄a
fuerit gradatimq; ꝓuecta.

## Caplm decimūseptimū

Has quatuor supplicationū
species ita eciā dn̄s exem
plo suo nobis inicíare dignat9 ē:
vt in hoc quoq; impleret q̄d de ip
so dicitur. Que cepit ihesus facere
et docere. Nā obsecrationis genus
assumit cū dicit. Pater si possibile
est: trāseat a me calix iste. Vel illd̄
q̄d ex ꝑsona eius cātať in psalmo
De9 de9 me9 respice in me. quarē
me dereliquisti. Aliaq; hijs similia.
Oratio est cū dicit. Ego clarificaui
te sup terrā: op9 cōsūmaui q̄d de
disti mi vt facerē. Vnde illud. Et ꝓ
eis sāctifico meipsū: vt sint ⁊ ipi sācti
ficati i veritate. Postulatio ē cū dicit

Pater quos dediſti michi volo vt
vbi ego ſū et ipſi ſint mecū. vt vi
deant gloriā meā quā dediſti m̄i.
Vel certe cū dicit. Pater ignoſce
eis: non enim ſciūt quid faciunt.
Gratiū actio eſt cū dicit Cōfiteor
tibi pater dn̄e celi et terre. qui ab
ſcondiſti hec a ſapiētibus. et reue
laſti ea ꝑuulis. ita pater qꝛ ſic fuit
placitū ante te Vel certe cū dicit.
Pater grās ago tibi qm̄ audiſti
me. ſciebā āt qm̄ ſemꝑ me audis.
Que tamen quatuor ſupplicatio
nū genera licet ſingillatim ac diū
ſo tēpore ſecundū illū quē cōprehē
dimꝰ modū idem dn̄s diſtinxerat
offerenda. tn̄ etiā ſimul ea in ſup
plicatione ꝑfecta ꝯprehendi poſſe
idem oſtendit ſuis exēplis. ꝑ illā
ſcilicet ꝺōnē quā ad finē euāgelij
ſecundū iohānē legimꝰ eū copio
ſiſſime ꝓfudiſſe. ex cuius textu qꝛ
longū eſt vniuerſa ꝑcurrē. diligēs
inquiſitor hec ita eſſe lectionis ip
ſius ſerie poterit edoceri. Quē ſen
ſum apoſtolus quoqꝫ in ep̄lā ad
philippenſes has quatuor ſuppli
cationū ſpecies aliqn̄tū imutato
ponens ordine euidenť expꝫſſit.
oſtenditqꝫ debere eas nōnūqꝫ ſiť
ſub ardore vnius ſupplicatiōis of
ferri. ita dicens. Sed in oī orōne
et obſecratione cum grāū actione
petitiones veſtre innoteſcāt apud
deū. Per quod voluit nos in hoc
ſpecialius erudire. ꝗ et in orōne
grāū actio debeat cū poſtulatiōe
miſceri

Capitulū. xviij.

Hec itaqꝫ ſupplicationum
genera ſublimior adhuc
ſtatus ac p̄clarior ſubſequiť. qui
cōtēplatione dei ſolius. et caritatꝭ
ardore formať. per quē mens in
illius dilectione ꝛ̄ſoluta atqꝫ refec
ta. familiariſſime deo velut patri
ꝓpo peculiari pietate colloquitur
Quē ſtatū debere nos diligenter
expetere: formula dominice orati
onis inſtituit dic̄s Pater noſter.
Cū ergo vniuerſitatis deū ac do
minū patrē noſtrū eſſe voce ꝓpria
cōfitemur. de conditione ſeruili in
adoptionē filiorū nos ꝯfecto ꝓfi
temur acitos. adiacentes de inde.
qui es in celis. vt ꝯmemorationē
vite p̄ſentis qua in hac degimus
terra. velut peregrinā a noſtro pa
tre nos longiſſime ſeparantē toto
horrore vitātes. ad illā potius re
gionē. in qua patrē noſtrū cōmora
ri fatemur. ſūmo deſiderio ꝓpere
mus. nichilqꝫ admittamꝰ e iuſmo
di quod indignos nos ac noſtrā
ꝓfeſſionē a nobilitate tāte adop
tionis efficiens. et hereditate pa
terna velut degeneres priuet. et
irā nos faciat iuſticie eius ac ſeue
ritatē incurrere In quē filiorū ordi
nē graduqꝫ ꝓuecti. illa continuo
q̄ eſt in bonis filijs pietate flagra
bimur. vt iam nō ꝓ noſtris vtili
tatibꝰ ſꝫ ꝓ noſtri patris glā totū
impendamꝰ affectum. dicentes ei.
Sanctificeť nomē tuū. Noſtrū de
ſideriū noſtrū gaudiū glām noſtri

patris eſſe teſtantes · imitatores
illiꝰ effecti qui dixit Qui a ſemet
ipſo loquitur gloriã ꝓpriam querit
Qui autem querit gloriã eius qui
miſit illũ : hic verax ẽ · et iniuſticia
in illo nõ eſt · Deniqȝ vas electio
nis hoc repletꝰ affectu · etiam ana
thema optat fieri a xp̄o · dũmodo
familia et multiplex acquirat · et
ad gloriã ſui patris ſalus totius
iſrahelitice plebis accreſcat · Se
curus enim optat interire ꝑ xp̄o :
qȝ nouit neminẽ poſſe mori pro
vita · Et iterũ Gaudemꝰ inquit
qñ nos infirmi ſumꝰ : vos autem
potẽtes eſtis · Et quid mirũ ſi vas
electionis ꝑ criſti gloria et fratrũ
ſuoꝝ ꝯuerſione gentiſqȝ priuile
gio optat anathema fieri a xp̄o :
cũ micheas quoqȝ ꝓpheta vellet
ſe mendacẽ fieri et ab inſpiratione
ſancti ſpiritꝰ alienũ · dũmodo pla
gas illas et captiuitatis exitia q̄
ſua vaticinatione p̄dixerat · plebs
iudaice nationis euadat Utinam
inquiens non eſſẽ vir habens ſpi
ritũ : et mendaciũ potius loquerer ·
Non p̄termittamꝰ illũ legiſlato
ris affectũ : qui cũ fratribus ſuis
etiam perituris non tẽnuit interire
dicens Obſecro domine · peccauit
ꝑplus iſte peccatũ magnũ · aut di
mitte eis hanc noxam · aut ſi non
facis · dele me de libro quem ſcrip
ſiſti · Poteſt autẽ cognici ſatis iſtud
qd̄ dicitur · ſanctificet nomen tuũ ·
etiam taliť accipi Sãctificatio dei :
noſtra ꝑfectio eſt · Itaqȝ dicetes ci
ſanctificetur nomẽ tuũ · aliis verbis
hoc dicimꝰ Tales nos facito pa
ter · vt ſanctificationẽ tuã vel intel
ligere q̄nta ſit · vel cape mereamur ·
vel certe vt in noſtra ꝯuerſatione
ſpirituali ſanctꝰ appareas Quod
tũc efficaciter impletur in nobis :
qñ vident homines opera noſtra
bona · et glorificant patrem noſtrũ
qui in celis eſt ·

Caplm̄ decimũnonũ ·

Secunda petitio mentis pu
riſſime aduenire iãiamqȝ
regnũ ſui patris exoptat · vel iſtud
ſcilicet · quo cotidie xp̄iſtꝰ regnat
in ſanctis · quod ita fit cũ dyaboli
imperio per extinctionẽ fetentiũ vi
ciorũ de noſtris cordibȝ pulſo · deꝰ
in nobis ꝑ virtutũ bonã fragrãtiã
ceperit dominari · et deuicta fornica
tione caſtitas · ſuperato furore trã
quillitas · calcata ſuperbia humili
tas in noſtra mẽte regnauerit · vel
certe illud qd̄ preſtituto tẽpore om
nibꝰ eſt ꝑfectis ac dei filiis genera
liter repromiſſũ · in quo eis dicitur a
xp̄o · venite benedicti patris mei ꝑci
pite regnũ paratũ vobis a ꝯſtituti
one mũdi · intẽtis illuc quodãmodo
obtutibꝰ · ac defixis deſideriis ex
pectans dicenſqȝ ad eum Veniat
regnũ tuũ · Nouit enĩ teſtimonio
conſcientie ſue : cũ apparuerit mox
eius ſe futurũ eſſe conſortem · Nec
enim dicere vel optare criminoſoꝝ
nullus audebit · quia nec videre
tribunal iudicis vult · quiſqȝ ſub
aduẽtu eius nõ palmã nec p̄mia

ſuis meritis· ſ; penā nouit ꝓtin⁹
recompenſandam·

¶ Capitulū vicesimū

Tercia ſupplicatio filiorū
eſt Fiat volūtas tua ſicut
in celo ⁊ in terra· Non poteſt eſſe
iam maior orō: ꝗ̃ optare·vt terre
na mereant̄ celeſtibus coequari·
Nam quid eſt aliud dicere· fiat
voluntas tua·ſicut in celo ⁊ in ter
ra·ꝗ̃ vt ſint homines ſimiles an
gelis·⁊ ſicut volūtas dei ab illis
implet̄ in celo· ita etiā hij qui in
terra ſunt non ſuā· ſ; eius vniuer
ſam faciant volūtatē: Hoc quoqꝫ
nemo ex affectu dicere p̄ualet·niſi
is ſolus qui deū credit omnia que
vident̄ vel aduerſa vel pſpera·p
noſtris vtilitatibus diſpenſare·
magiſqꝫ eū p ſuorū ſalute ⁊ ꝯmo
dis ꝓuidū atqꝫ ſollicitū· ꝗ̃ noſip
ſos eſſe p nobis Vel certe aliter
accipiendū voluntas domini ſal⁹
eſt ōniū· ſecundū illā beati pauli
ſentētiam·qui oēs homines vult
ſaluos fieri ⁊ ad agnitionē verita
tis venire·De qua etiā volūtate·
yſayas ꝓpha ex pſona dei patris·
Et oīs inquit volūtas mea fiat·
Dicentes ergo ei fiat voluntas
tua ſicut in celo et in terra· hec cū
alijs oram⁹ verbis·vt ſicut hij qui
in celo ſūt·ita omnes qui in terra
conſiſtunt tua pater agnitione ſal
uentur·

¶ Caplm·xxi·

Einde panem noſtrum
epiouſion id eſt ſuper
ſubſtantialē da nobis ho
die· quod alius euangeliſta coti
dianū dixit·illā nobilitatē ac ſub
ſtantie eius ſignificat qualitatē·
qua ſcilicet ſup omnes ſubſtātias
ſit·atqꝫ omnes creaturas ſublimi
tas magnificentie eius ac ſanctifi
cationis excedit Hāc vero ꝓprietatē
vſus ipſius atqꝫ vtilitatis expſſit
Nam cū dicat cotidianū: oſtendit
ꝗ̃ ſine ipſo nullo die ſpiritalē vitā
capere valeam⁹ Cū dicat hodie·
oſtendit eū cotidie eſſe ſumendū·
et heſternā p̄bitionē eius non ſuf
ficere·niſi nobis hodie quoqꝫ ſimi
liter fuerit adtributus· oīqꝫ nos
tēpore hanc orōnē debere ꝓfundē
indigentia e⁹ cotidiana ꝯmonet·
qꝛ non eſt dies quo non opus ſit
nobis huius eſce eſu ac pceptiōe
cor interioris noſtri hominis ꝯfir
mare· Licet iſtud qd̓ dicit̄ hodie ⁊
ad p̄ſens tēpus vite poſſit intelli
gi· id eſt dum in ſeculo ꝯmora
mur preſta nobis hunc panē No
uim⁹ eni eū hijs qui meruerīt a
te et in futuro eſſe preſtandū·ſed
rogam⁹ vt eū nobis hodie largi
aris· qꝛ niſi eū quis in hac vita
pcepere meruerit·in illa eius parti
ceps eſſe non poterit·

¶ Capitulū·xxij·

Et dimitte nobis debita
noſtra ſicut ⁊ nos dimit
tim⁹ debitoribus noſtris·O inef
fabilis dei clementia·q non ſolū
nobis orōnis tradidit formā· et
acceptabilē ſibi morum noſtrorū
inſtituit diſciplinā·ac p neceſſitatē

tradite formule qua ſe precepit a
nobis ſemꝑ orari · ire patiẽ ac triſti
cie euellit radicez · ſed etiam occa
ſionem rogantibus tribuit · eiſqꝫ
reſerat viam qua clemens ac piũ
erga ſe ꝓuocent dei iudiciũ ꝓmul
gari · Et quodãmodo poteſtatem
tribuit · qua iudicis noſtri poſſim9
ſententiam temperare ad veniam
delictorũ noſtroꝝ · exemplo eum
noſtre remiſſionis artantes · dũ di
cim9 ei Et dimitte nobis debita
noſtra ſicut ⁊ nos dimittimus ·
Itaqꝫ ſecurius huius orõnis fidu
cia · de ſuis admiſſis veniam poſtu
labit : quiſqꝫ remiſſus erga ſuos
dũtaxat non erga domini ſui exti
terit debitores Volemus etenim
nõnulli quod eſt deterius erga il
la quidem que admittũtur ad in
iuriam dei q̃uis magnorum ſint
criminũ placidos nos ⁊ clementiſ
ſimos exhibere · erga noſtrarũ vero
vel paruiſſimarũ offenſionũ debi
ta exactores immites atqꝫ inexora
biles inueniri Quiſquis igitur in
ſe delinquenti fratri ex corde non
remiſerit · non indulgentiã ſed con
dẽpnationem deꝓcatione hac ſibi
met impetrabit · ſuaqꝫ profeſſione
ſemetipſũ poſcit durius iudicari di
cens Remitte michi ſicut ⁊ ego re
miſi Quod cum illi ſecundũ ſuam
petitionem fuerit repenſatũ : quid
aliud ſubſequetur q̃ꝫ vt exemplo
ſuo implacabili ira ⁊ irremiſſa ſen
tentia puniatur : Ideoqꝫ ſi clemen
ter volumus iudicari : nos quoqꝫ
erga illos qui in nos deliquerũt
oportet eſſe clementes Tantum
enim remittitur nobis : q̃tũ remi
ſerimus eis qui nobis quacumqꝫ
malignitate nocuerũt · Quod for
midantes nõnulli cum in eccleſia
hec oratio ab vniuerſa plebe con
cinitur · hunc locum tacite preter
mittunt · ne ſcilicet ſemetipſos ob
ligare potius q̃ꝫ excuſare ſua ꝓfeſſi
one videantur · non intelligentes
q̃ꝫ fruſtra cautiones vel cauillatio
nes has iudici oĩ3 pretendere mo
liantur · qui quẽadmodũ iudicatu
rus ſit ſupplicibus ſuis voluit pre
monſtrare Dum enim erga ſuos
non vult immitis atqꝫ inexorabilis
inueniri · formam ſui iudicij deſig
nauit · vt quẽadmodũ nos ab illo
iudicari cupimus · ita noſtros fra
tres ſi quid in nobis deliquerint
iudicemus · quia iudiciũ ſine miſe
ricordia ei q̃ nõ facit miſericordiã ·

Caplm̃ viceſimũtercium

Deinde ſequitur · Et ne
nos inducas in tẽptatio
nem De quo nõ minima naſcitur
queſtio Si enim oramus ne per
mittamur tẽptari · et vnde erit in
nobis virtus cõſtãtie ꝓprobãda ·
ſecundũ illã ſententiã · omnis vir
qui non eſt tẽptatus non eſt ꝓba
batus · et iterũ · beatus vir qui ſuf
fert tẽptationẽ : Non ergo hoc ſo
nat ne inducas nos in tẽptationẽ
id eſt vt non permittas nos ali
quando tẽptari : ſed ne permittas
nos in tẽptatione poſitos ſuperari

Temptatus eſt enim iob: ſ3 nõ
eſt inductus in tẽptationẽ. Non
enim dedit inſipiẽtiã deo. nec ad
illã ad quã trahebatur tẽptatoris
voluntatẽ ore impio blaſphemus
intrauit. Temptat9 ẽ abraham
tẽptatus eſt ioſeph. ſ3 neuť illoꝝ
inductus eſt in tẽptationẽ. qz nul
lus eorũ conſenſũ pbuit tẽptatori
Deniqz ſequit̃ Sed libera nos a
malo. id eſt ne pmittas nos a
dyabolo tẽptari. ſup id quod poſſu
mus. ſ3 cũ tẽptatione et exitũ da.
vt ſuſtinere poſſim9.

Capitulũ. xxiiij.

Videť ergo qualis nobis
ab ipſo qui p illã exoran
dus eſt iudice orõnis ſit modul9
et forma ꝯpoſita. in qua nulla di
uitiarũ nulla memoria dignitatũ.
nulla poteſtatis ac fortitudinis
poſtulatio. nulla corporee ſanita
tis ſeu tẽptabilis vite mentio con
tinetur. Nichil enim caducũ vult
a ſe. nichil vile. nichil tẽporale et
nitatũ conditor implorari Itaqz
magnificẽtie eius ac munificentie
maximã irrogabit iniuriã. quiſqz
hiis ſempiternis petitionibus pter
miſſis. trãſitoriũ aliqd et caducũ
ab eo maluerit poſtulare. et offen
ſam potius ꝙ ꝓpiciationẽ iudicis
ſui vilitate orõnis incurrit

Capitulũ. xxv.

Hec igitur orõ licet omnẽ
videať pfectionis pleni
tudinẽ continere. vtpote q̃ ipſius
domini auctoritate vel inſtituta ſit
vel ſtatuta. puehit tamen domeſti
cos ſuos ad illũ precelſiorẽ quem
ſuperi9 commemorauim9 ſtatũ. eoſ
qz ad illã igneã ac ppaucis cogni
tam vel expertã. ymo vt ꝓprius
dixerim ineffabilẽ orõnem gradu
eminentiori pducit. que omnẽ trã
ſcendens humanũ ſenſũ. nullo nõ
dicã ſono vocis nec lingue motu.
nec vlla vboꝝ ꝓnũciatione diſtin
guitur. ſ3 quã mens infuſione ce
leſtis illius luminis illuſtrata. nõ
humanis atqz anguſtis deſignat
eloquiis. ſ3 conglobatis ſenſibus
velut de fonte quodã copioſiſſimo
effundit vbertim atqz ineffabiliť
eructat ad deũ Tanta ꝓmens in
illo breuiſſimo tẽporis pũcto. q̃ta
nec loqui facile. nec pcurrẽ mens
i ſemetipſã reuerſa pualeat. Quẽ
ſtatũ dñs quoqz noſter illarũ ſup
plicationũ formula quas vel ſol9
in mõte ſecedens vel tacite fudiſſe
deſcribitur. ſimiliter figurauit. cũ
in orõnis agonia etiam guttas et
ſanguinis inimitabili intẽtionis
ꝓfudit exemplo.

Capitulũ. xxvi.

Quis vero poſſit diuerſita
tes et cauſas ipſas atqz
origines ꝯpũctionũ quãtalibet ex
periẽtia pditus ſufficienť expone
re. quibus inflãmata mens atqz
ſuccenſa. ad orõnes puras ac ferue
tiſſimas incitat̃. quarũ pauca q̃tũ
potuerim9 ad preſens p illumina
tionẽ dei reminiſci exempli gratia
ꝓponem9. Nõnũq̃ eteni pſalmi

cuiuſcūqȝ v̓ſiculus occaſionē orati
onis ignite decantantibus nobis
prebuit; interdū canora fraterne
vocis modulatio ad intentā ſuppli
cationē · ſtupētiū animos incitauit
Nouim9 quoqȝ diſtinctionē graui
tateqȝ pſallentis · eciam adſtātib9
plurimū contuliſſe feruois; necnō
et exhortatio viri pfecti et collatio
ſpiritalis frequent̄ ad vberrimas
preces iacentiū erexit affectum ·
Scimus eciā fratris ſeu cari cuiuſ
libet interitu nō min9 nos ad ple
nam ꝯpūctionem fuiſſe raptatos
Recordatio quoqȝ tepoꝛis ac negli
gentie noſtre nōnūq̄ꝫ nobis ſaluta
rem ſpiritus inuexit ardorē · atqȝ
in hunc modū nulli dubiū eſt occa
ſiones inumeras non deeſſe · q̇b9
per dei grām tepoꝛ ⁊ ſopnolētia
noſtrarū mentiū valeat excitari ·

¶ Caplm vicesimūſeptimū ·

Quemadmodū vero ł qui
bus modis iſte cōpūctio
nes de intimis anime cō
clauibus pferantur; non minoꝛis
difficultatis eſt indagaē · Frequēt̄
enim p ineffabile gaudiū ⁊ ala
critatē ſpiritus · ſaluberrime cōpūc
tionis fluct9 emergit · ita vt eciā
in clamores quoſdā intolerabilis
gaudij imenſitate ꝓrūpat · ⁊ cellā
vicini iocūditas coꝛdis ⁊ exulta
tionis penetret magnitudo · Non
nūq̄ꝫ verō tāto ſilentio mens intra
ſecretū pꝛofunde taciturnitatis ab
ſconditur · vt omnē penitus ſonū
vocis ſtupoꝛ ſubite illuminationis

interclud at · omneſqȝ ſenſus atto
nitus ſpiritus vel cōtineat intrin
ſecus vel admittat · ac deſideria
ſua gemitibus inenorrabilibus ef
fundat ad deū Interdū vero tāta
cōpūctionis habundātia ac doloꝛe
ſupplet̄; vt alias eā digerere niſi
lacrimarū euapoꝛatione nō poſſit

¶ Caplm · xxviij ·

Germanus · Hunc quidē
compūctionis affectū · ex
pte aliqua mea quoqȝ exiguitas
nō ignorat · Frequent̄ enim recoꝛ
datione delictorum meoꝝ oboꝛtis
lacrimis ita ſum hoc ineffabili vt
p̄ſatus es gaudio viſitante domi
no vegetatus; vt deſperare me il
loꝛū veniā non debere · leticie ipſi9
magnitudo dictaret · Quo ſtatu
recoꝛ nichil eſſe ſublimius; ſi repa
ratio e9 noſtro ſubiaceret arbitrio
Nōnūq̄ꝫ cupiens me ad ſimilē la
crimarū cōpūctionē totis viribus
excitare · omneſqȝ erroꝛes meos
atqȝ pccā ante oculos ſtatuens v
bertatē illam fletuū reuocare non
poſſum · et ita oculi mei in modū
cuiuſdā duriſſimi ſilicis p̄durant̄ ·
vt nulla pꝛoꝛſus ex eis humoꝛis
gutta diſtillet Ideo q̄ꝫtū in illa
lacrimarū pfuſione ꝯgaudeo; tm̄
doleo q̄ꝫ illā cū voluerō recupare nō
valeā

¶ Caplm vicesimūnonū ·

Isaac · Non oīs pfuſio
lacrimarū ⁊ no affcū ł v
na v̓tute depꝛomit̄ Alit̄
enim ille emanat fletus q̇ pccoꝝ
ſpina coꝛ noſtrū cōpūgente pfert̄ ·

De quo dicitur Laboraui i gemi
tu meo · lauabo ꝑ ſingulas noctes
lectū meū : lacrimis meis ſtratū
meū rigabo Et iterū Deduc quaſi
torrentē lacrimas ꝑ diē ⁊ ꝑ noctē
⁊ non des requiē tibi · neq̄ȝ taceat
pupilla oculi tui · Aliter qui de cō
tēplatione eternorū bonorū ⁊ deſi
derio future illius ciuitatꝭ exoriꝰ
Pro qua ecīā vberiores lacrimarū
fōtes de intolerātia gaudij et ala
critatis imenſitate ꝓrūpunt · Dū
ſitit anima nr̄a ad deū fontē viuū
dicens Quando veniā ⁊ apparebo
ante faciē dei · fuerūt michi lacri
me mee panes die ac nocte · cum
eiulatu cotidie et lamētatione ꝓ
clamans · Heu michi ꝙ incolatꝰ
meus ꝓlongatus eſt : ⁊ multū in
cola fuit anima mea Aliꝰ ꝓfluūt
lacrime q̄ abſq̄ȝ vlla quidē letaliū
criminū ꝯſciētia · ſȝ tamen de metu
gehēne et terribilis illius iudicij
recordatione ꝓcedūt Cuius terro
re ꝓpheta pauſſus : orat ad deū ·
Non intres in iudiciū cū ſeruo tu
o : q2 nō iuſtificabiꝰ in ꝯſpectu tuo
omnis viuens · Eſt ecīā aliud la
crimarū genus · quod nō ꝓ ſua cō
ſcientia ſed ꝓ aliena duricia pecca
tiſq̄ȝ generaꝰ · quo ſamuel ſaulē ·
illam quoq̄ȝ ciuitatē iheruſalē vel
dominꝰ in euangelio · vel in trenis
iheremias fleuiſſe deſcribitur ita
dicens Quis dabit capiti meo a
quā · et oculis meis fontē lacrima
rū : et plorabo in die ⁊ nocte inꝰ
fectos filie populi mei : Vel certe
quales ille ſūt lacrime : de quibꝰ
in pſalmo cēteſimoꝑmo cantatur
Quia cinerē tanq̄ȝ panē manduca
bam : et poculū meū cū fletu miſ
cebam · Quas certū eſt non illo
affectu ꝓmi qui in ſexto pſalmo
ex ꝑſona penitētis emergit · ſȝ ꝓ
anxietate vite huius atq̄ȝ anguſ
tijs ⁊ erūpnis quibꝰ iuſti in hoc
mūdo poſiti deprimūꝰ · et qđ ecīā
pſalmi ipſius non ſolū textus ſed
ecīā titulus euidenꝰ oſtendit · qui
ex ꝑſona pauperis illiꝰ de quo in
in euāgelio dicitur · beati paupes
ſpū q̄m ipſoꝝ eſt regnū celorū · ita
deſcribiꝰ Oratio pauperis cū anxi
atus fuerit : et coram deo effude
rit precē ſuam Ab hijs ergo lacri
mis · multū diſtant ille q̄ obturato
corde de ſiccis oculis exprimūtur
Quas licet nō penitus infructuo
ſas eſſe credimꝰ · bono eni ꝓpoſi
to earū adtēptaꝰ emiſſio · ab hijs
ꝓſertim qui necdū vel ad ſcientiā
ꝑuenere ꝑfectā · vel priſtinorū ſeu
ꝓſentiū viciorū potuerūt ad purū
labe mūdari ¶ Caplm̄ trigeſimū

O b hijs tamē qui iam affec
tū iam trāſiere virtutū ne
quoq̄ȝ debet hoc modo ex
torqueri ꝓfuſio lacrimarū : nec ex
terioris hominis magnoꝑe affec
tādi ſunt fletꝰ · Qui ecīā ſi fuerint
vtcūq̄ȝ ꝓducti : nūq̄ȝ ꝑtingere ad
illam ſpontaā lacrimarū poterunt
vbertatē · Magis enim ſupplicātꝭ
animū ſuis conatibꝰ diſtrahētes
humiliabūt atq̄ȝ in ima demergēt ·

⁊ ab illa celeſti ſublimitate depo
nent. in qua attonita mens orantis indeclinabilit̃ eſt defixa. cāqꝫ
compellent precū ſuauiū intētione laxata erga ſteriles et coactiuas
lacrimarū guttulas egrotare

¶ Caplm̄ tricesimūp̄mū

Et vt orōnis vere perfecte ſapientis affectū : ñ meā vobis
ſꝫ beati anthonij ſententiā pferam. Quē ita nōnūq̄ in orōne nouimꝰ
pſtitiſſe : vt eodē in exceſſu ment̃ frequēt̃ orāte cū ſolis ortus cepiſſꝫ
infundi. audierimus eū in feruore ſpūs pclamātē. Quid me ipedis
ſol. qꝛ ad hoc iā oriris vt me ab huiꝰ veri luminis abſtrahas clari
tate? Cuiꝰ eciā hec quoqꝫ eſt ſupꝫ orōnis fine celeſtis ⁊ plꝰ q̄ huma
na ſentētia Nō eſt inquit perfecta orō: in qua ſe monchꝰ ł in hoc ipſū
qḋ orat intelligit. Et vt nos q̊qꝫ ſcd̃m mēſurā tenuitat̃ noſtre huic
admirātis ſententie ſupadicere ali quid audeamꝰ : orōnis que exau
ditur a dn̄o. in q̄tū experti ſumꝰ indicia pferemꝰ.

¶ Caplm̄ .xxxij.

Cum orātes nos nulla interpellauerit heſitatio. ⁊
fiduciam petitiōis noſtre quadam deſperatione deiecerit. ſi obtinuiſſe
nos in ipā orōnis effuſione quod poſcimꝰ ſenſerimꝰ. nō ambigamꝰ
p̄ces noſtras ad deū efficaciter penetraſſe. Tantū enim quis exau
diri atqꝫ obtinere merebitur : q̄tū vel inſpicia ſe a deo vel deū credide
rit poſſe preſtare. Irretractabilis nāqꝫ eſt domini nr̄i ſentētia. Que
cūqꝫ orando petitis. credite qꝛ acci pietis et veniet vobis.

¶ Caplm̄ .xxxiij.

Germanꝰ Hanc exauditionis fiduciā nimirū de cō
ſcientie puritate credimꝰ emanarē Ceterū nos q̊rū corda adhuc pcco
rū ſpina ꝯpūgit. queadmodū eā habere poſſumꝰ nullis patrocinātibus meritis. q̊bꝰ exaudiri das orā
nes nr̄as fiducialiter pſumamꝰ?

¶ Caplm̄ .xxxiiij.

Iſaac. Diuerſas exauditionū cauſas eſſe ſecundū animarū diuerſū ac variū ſtatū :
euāgelica ſiue pphetica teſtantur eloquia. Habes enim in duorū cō
ſenſione fructū exauditionis dominica voce ſignatū. ſcd̃m illud Si
duo ex vobis cōſenſerint ſupꝫ terrā de omni re quācūqꝫ petierint fiet
vobis a patre meo qui in celis eſt Habes aliā in fidei plenitudine :
que grano ſinapis cōparatur Si enim habuerit̃ inquit fidem ſicut
granū ſinapis. dicetis monti huic tranſi hinc ⁊ trāſibit. et nichil im
poſſibile erit vobis. Habes in aſſiduitate orōnū quā pꝑter indefeſſā
petitionū perſeuerantiā importunitatē ſermo dominicꝰ nominauit
Amen amen dico vobis inquit. quia ſi non pꝑter amicicā. vel pꝑ
ter importunitatem eius ſurgit. ⁊ dabit ei quantum opus habuerit.
Habes et in elemoſinarum fructu

Include inq̄t elemoſinā in corde
pauperis; et ipſa ꝓ te exorabit· in
tempore tribulationis· Habes in
emendatione vite· et operibus mi
ſericordie· ſecundū illud Diſſolue
colligationes īpietatis; ſolue faſ
ciculos depmētes Et poſt pauca·
quibus inſtrꝰioſi ieiunij ſterilitas
caſtigat· Tūc inquit inuocabis
et dn̄s exaudiet te; clamabis et
dicet ecce aſſū· Nōnūꝗ̄ ſane ex
audiri eciā tribulationū nimietas
facit; ſecundū illud Ad dominū cū
tribularer clamaui; et exaudiuit
me Et iterū Ne afflixeritꝭ adue
nam; q2 ſi clamauerit ad me exau
diam eū· q2 miſericors ſum· Vi
detis ergo quot modis obtineat
exauditionis grā; vt nullus ad
impetranda ea q̄ ſalutaria ſunt et
eterna· ꝯſcientie ſue deſperatione
frangat· Vt enim miſeriarū noſ
trarū contēplatione cōcedam nos
oībus quas ſupra memorauimꝰ
penitus deſtitutos eſſe ꝟtutibꝫ· et
nec illā nos habere laudabilē duo
rū conſenſionē· nec illā fidē grano
ſynapis cōparatā· nec illa opera
pietatꝭ que ꝓpheta deſcribit Nū
quid vel importunitatē que omni
volenti ſuppeditat habere nō poſſu
mus; per quā eciā ſolū daturū ſe
dn̄s quidquid oratus fuerit repro
mittit; Et idcirco abſqꝫ heſitatio
nis infidelitate p̄cibus inſiſtendū
eſt; obtenturoſqꝫ nos earū iugita
te cuncta que ſecundū deū popoſce
rimus a nemine eſt dubitandū·

Hortat enim nos dn̄s volens ea
que ſūt eterna celeſtiaqꝫ preſtaē·
vt cū importunitate noſtra quodā
modo certemꝰ· qui importunos
non modo nō deſpicit nec refutat·
ſꝫ eciā inuitat et laudat· eiſqꝫ p̄ſta
turū ſe quidquid ꝑſeuerant ſpera
uerint benigniſſime pollicet dicēs
Petite et accipietis· q̄rite et inue
nietis· pulſate et aperietur vobis·
Omnis enim q̄ petit accipit· et q̄
querit inuenit· et pulſanti aperiet
Et iterū· Omnia quecūqꝫ petieri
tis in orōne credentes accipietis;
et nichil impoſſibile erit vobis·
Et idcirco ſi cuncte nos exauditio
nū quas p̄diximꝰ cauſe ōnino de
ficiūt· ſaltem animet īportunitatꝭ
inſtātia· q̄ abſqꝫ vlla vel meriti vel
laboris difficultate· in cuiuſcūqꝫ
volentis ſita eſt poteſtate Pro cer
to autē non exaudiendū ſe ſuppli
cans quiſqꝫ non dubitet; cū ſe du
bitauerit exaudiri· Qz autē inſati
gabiliter ſit dn̄o ſupplicandū; eciā
illo beati daniel docemur exēplo·
qꝫ exauditus a p̄mo die qua cepit
orare· poſt primū et viceſimū diem
conſequitur ſue petitionis effectū·
Vnde nos quoqꝫ non debemus a
cepta orationū noſtrarū intētione
ceſſaē· ſi nos exaudiri tardius ſen
ſerimꝰ· ne forte aut exauditionis
grā· diſpenſatione domini vtiliter
differat· aut angelꝰ ad nos diui
nū beneficiū delaturus a facie om
nipotētis egreſſus reſiſtente dyabo
lo demoret· quē certū ē trāſmiſſū

muneris deſideriū ingerere nō poſ
ſe. ſi nos a ꝓpoſite petitiōis intēti
one ceſſare repperit. Qđ eciā ſup̄
dicto ꝓphete paulđubio accidere
potuiſſet: niſi virtute incōparabili
in primū atq; viceſimū diem ora
tionū ſuarū pſeuerantiā protelaſſꝫ
Ab huius igitur fidei confidentia.
nulla penitus deſperatione frāga
mur. cū orata nrā nos obtinuiſſe
minime ſenſerim9. nec heſitemus
ſuper domini ſponſione dicentis.
Omnia quecūq; petie tis ī orōne
credētes accipietꝭ. Retractare nāq;
nos ꝯuenit illam beati euāgeliſte
iohannis ſententiā: qua ambigui
tas hui9 queſtionis euidenter ab
ſoluitur. Hec ē inquit fiducia quā
habem9 ad eū: quia quidquid pe
tierim9 ſecundū voluntatē eius au
dit nos Ergo ſup hijs tm̄ plenā
nos et indubitabilē iuſſit exaudi
tionis habere fiduciā: q̄ nō nr̄is cō
modis nec ſolacijs tēporalibus. ſꝫ
domini cōgruant volūtati Quod
eciam in orōne dominica admiſcē
p̄apimur dicentes. Fiat voluntas
tua. ſcilicet nō noſtra Si enim et
illđ apoſtoli recordemur. qm̄ quid
oremus ſecundū qđ oportet neſci
mus. intelligimus nos nōnūq̄ſ ſa
luti noſtre contraria poſtulare. ⁊ cō
modiſſime nobis ab eo qui vtili
tates noſtras rectius q̄ꝫ nos ac ve
racius intuerꝭ ea q̄ poſcimus dene
gari. Quod illi quoq; magiſtro
gentiū accidiſſe non dubiū eſt. cū
oraūt auferri a ſe āgelū ſathane.
qui vtiliter ad colaphizandū eum
appoſitus fuerat domini volūtate
dicentis Propt̄ quod ter dominū
rogaui vt diſcedēt a me: et dixit
michi. Sufficiat tibi grā mea: nā
ꝟtus in infirmitate pficiatur. Quē
ſenſum domin9 noſter eciam orās
ex perſona hominis aſſūpti. vt for
mam quoq; orandi nobis queād
modū cetera ſuo p̄beret exemplo.
cū oraret expreſſit. Pater ſi poſſi
bile eſt tranſeat a me calix iſte. ve
rūptamen non ſicut ego volo. ſed
ſicut tu. cū vtiq; eius a patre non
diſcreparet volūtas Venerat eni
ſaluare quod perierat: et dare ani
mam ſuam in redēptionē ꝓ multꝭ.
De q̄ ipē dicit Nemo tollit a me
animā meā: ſꝫ ego ponā eā a me
ipſo Poteſtatē habeo ponēdi eā: ⁊
poteſtatē habeo iterū ſumendi eā.
Ex cuius pſona ſup vnitate volū
tatis ſue quā cū patre iugiter poſſi
debat: p beatū quoq; dauid in pſal
mo triceſimonono ita cantatꝭ Vt
facerē volūtatē tuā de9 me9 volui
Nā ⁊ ſic de patre legim9 Sic eni
dilexit de9 mūdū: vt filiū ſuū vni
genitū daret Et de filio nichilomi
n9 inuenim9 Qui dedit ſemetipſū
ꝓ pctīs nr̄is. Et queādmodū de
illo refertꝭ. qui eciā ꝓꝓo filio n̄ pep
cit. ſꝫ ꝓ nobis oībus tradidit eū.
ita de iſto narratꝭ. oblatus eſt q2
ipē voluit Et ita pr̄is ac filij volū
tas vna p oīa deſignatꝭ. vt eciā in
ipō reſurrectiōis dnīce ſacramēto.
operatio indiſſona fuiſſe doceatur.

Nam ſicut reſurrectionē corporis
eius · patrē operatū beatus apoſto
lus ꝑdicat dicens · et deū patrem
qui ſuſcitauit eū a mortuis · ita fi
lius ſuſcitaturū ſe templū corpis
ſui ꝓteſtat Soluite inquiēs tēplū
hoc: et ego in tribus diebus ſuſci
tabo illud · Et idcirco hiis q̄ ꝑdix
im9 exēplis dominicas erudi ti · cūc
tas obſecrationes noſtras ſimili
nos quoqꝫ debemus orōne cōclu
dere · et hāc vocē cūctis petitionib9
noſtris ſemper adiūgere Veruꝫ ta
men non ſicut ego volo: ſꝫ ſicut tu
vis · Patꝫ vero conſtat illū trine
orōnis numerū qui ſolet in congre
gationib9 fratrū ad cōcludendam
ſinaxim celebrari · eū qui intento
animo ſupplicat obſeruarē nō poſſe

Capitulū · xxxv ·

Ante oīa ſane illud euan
gelicū preceptū diligēti9
obſeruandū eſt: vt intrātes in cu
biculum noſtrū clauſo oſtio noſtro
oremus patrē noſtrū · Quod a no
bis ita implebitur · Intra noſtrū
cubiculū ſupplicamus · cū ab omni
cogitationū ſiue ſollicitudinū ſtrepi
tu · cor noſtrū penitus amouētes ·
ſecreto quodāmodo ac familiariter
preces noſtras domino referam9 ·
Clauſo oram9 oſtio · cū ſtrictis la
biis noſtris omniqꝫ ſilentio ſuppli
camus non vocū ſꝫ cordiū ſcruta
tori · In abſcondito oram9 · qn̄do
corde tm̄ ⁊ intēta mente petitiōes
noſtras ſoli pandim9 deo · ita vt
ne ipſe quidē adūſe valeāt ꝑtātes
genꝰ noſtre petitionis agnoſcere ·
Propter qd̄ cū ſūmo eſt orandū
ſilentio · non ſolū ne frēs adſtātes
noſtros ſuſurriis vel clamoribus
aduocem9 · et orantiū ſenſibus ob
ſtrepam9 · ſꝫ vt ipſos q̄ꝫ inimicos
noſtros qui orantib9 nobis maxi
me inſidiant lateat noſtre petitio
nis intētio Ita enim ꝑceptū illud
implebim9 · ab ea q̄ dormit in ſinu
tuo cuſtodi clauſtra oris tui

Capitulū · xxxvi ·

Ob quod frequent̄ quidē
ſꝫ breuit̄ eſt orandū: ne
īmorantibus nobis inſerere aliq̄d
inſidiator poſſit inimicus Illud nā
qꝫ eſt ſacrificiū verū: quia ſacrificiū
deo ſpūs cōtribulatus · Hec ſalu
taris oblatio · iſta ſūt pura libami
na · iſtud ſacrificiū iuſticie · iſtud eſt
ſacrificiū laudis Hee ſunt vere ac
pingues hoſtie · iſta ſūt holocauſto
mata medullata · q̄ cōtritis ⁊ hu
miliatis cordibus offerunt̄ Que
qꝫ hac qua dixim9 diſciplina et in
tentione ſpūs exhibentes · efficaci
poterim9 vtute cātare Dirigatur
orō mea ſicut incenſū in conſpectu
tuo: eleuatio manuū mearū ſacri
ficiū veſpertinū · Quod eciā nos
oportuna ꝯmonet deuotione ꝑſol
uere hore ipſius ac noctis aduen
tus · de quo quidē licet ꝓ tenuitatꝫ
noſtre menſura multa ꝯlata vide
antur diuqꝫ ſit ꝓtracta collatio ·
ꝓ ſubtilitate tn̄ ac difficultate ma
terie · paucas admodū credim9 diſ
putatū · Hiis yſaac ſanctis

ſermonibus ſtupefacti potius q̄ re
pleti. veſpertina ſinaxi celebrata.
ſopori paululū mēbra laxauim9.
primoq; diluculo ſb placito pleni
oris tractatus iterū reuſuri ad nrā
diſceſſim9. tam de preptoꝝ acqui
ſitione q̄ de promiſſoꝝ ſecuritate
gaudentes. Excellentiā ſiquidem
orōnis nobis tantūmodo premon
ſtratā. ordinē vero atq; virtutem
qua etiam ppetuitas eius vel ac
quirenda eſt vel tenenda. necdū in
tegre percepiſſe illis diſputatiōib9
ſenſeram9.

Expliciat collatio abbatꝭ yſaac
prima de orōne.

Incipiūt capitula ſecūde colla
tionis eiuſdē de orōne.

Prohemiū in eiuſdē ſenis col
latione. Caplm primū

De cōuerſatione que ſup ſigni
ficatione paſche intra egipti puin
ciam retētatur. Caplm ſcdm

De abbate ſerapione et antro
pomorfitarū hereſi quā ſimplicita
tis errore cōtraxit. Caplm. iij.

De reditu noſtro ad eūdē abba
tem yſaac. et inquiſitione erroris
quē ſenex pdict9 incurrit. iiij.

Reſponſio de origine hereſeos
ſuper9 ꝯphenſe Caplm quintū.

Quib9 ex cauſis vnicuiq; noſ
trū aut humilis xp̄s ihesus aut
glorificatus appareat. Sextū.

In quo finis noſter ſeu pfecta
beatitudo ꝯſiſtat. Caplm ſeptimū

Interrogatio ſuper eruditionē
perfectionis. per quā poſſimus ad
perpetuam dei memoriā puenire.
Caplm octauū.

Reſponſio de efficacia intellec
tus que per experientiā colligitur
Caplm nonū

De inſtitutione orōnis ppetue
Caplm decimū

De pfectione orōnis ad quam
predicta traditione conſcenditur.
Caplm vndecimū

Interrogatio quomodo ſpirita
les cogitationes imobiliter tene
antur. Caplm duodecimū

De mobilitate cogitationū.
Caplm decimūtercū

Reſponſio quēadmodū ſtabili
tas cordis ſeu cogitationū poſſit
acquiri. Caplm decimūquartū.

Expliciūt capitula

Incipit collatio ſecūda eiuſdem
ſenis de orōne. Caplm pmū

Inter cetera hec anachoritarū in
ſtituta ſublimia q̄ vtcūq; donāte
dn̄o licet impita digeſta ſūt ſtilo
quiddā nos interſerere atq; intexē
qd velut pulchro corpori neuū quē
tentiam dominice increpacōis ĩcur
rerit. ne ſolliciti ſitis anime veſtre
quid manducetis neq; corpi veſtro
quid induamini? Deniq; ipſum il
lum apoſtolū paulū qui omnium
ſanctorū laborē paſſionū numero
ſitate trāſcēderat. nequaꝙ̄ hoc im
plere potuiſſe ꝯſidenter aſtruimus
ipſo ī actibꝰ apoſtoloꝝ diſcipulis
atteſtante. Ipſi ſcitis. qm̄ ad ea q̄
michi opus erāt et hijs qui mecū
ſunt. miniſtrauerūt manꝰ iſte. Vel
cū theſſalonicenſibus ſcribens. in
labore et fatigatione nocte et die
operatum ſe fuiſſe teſtatur. Quibꝰ
licet magna eidem meritoꝝ ſtipē
dia pararentur: tamen mēs eiꝰ
ꝙuis ſancta atq; ſublimis non po
terat nō ab illa celeſti theoria inte
tione terreni operis aliquādo diuel
li. Deniq; cū ſe tantis ac talibus
ditari fructibus cerneret. et econtra
rio theorie bonū corde penſaret.
ac velut in vna lance tātoꝝ labo
rum ꝓfectū. in altera delectationē
diuine contēplationis appenderet
diu examiē pectoris ſui quodam
modo caſtigato dum illū hinc la
borū ſtipendia immenſa delectant
illinc deſideriū vnitatis et inſepa
rabilis criſti ſocietas etiam ad reſo
lucionem carnis inuitat: anxius
tandem ꝓclamat dicens Quid e
ligam ignoro Coartor autē e du
obus deſideriū habens diſſolui et
cum criſto eſſe multo enim melꝰ

Permanere aũt in carne: magis
necessariũ ꝓpter vos. Cũ igitur
multis modis boni huius excellen
tiam cunctis eciã p̃dicationis sue
fructibus p̃tulisset: tamẽ caritatis
ſine qua nemo deũ ꝓmeretur con
templatione ſubmittitur. ac ꝓpter
illos quib9 adhuc lac velut nutri
cula vberib9 euangelicis ĩmulge
bat. diuulſionẽ a cristo ſibi quidẽ
noxiam ſed ceteris neceſſariã non
recuſat. Etenim ad electionẽ hu
ius potiſſimũ rei illa nimia pieta
tis virtute cõpellitur. qua pro ſa
lute fratrũ ſuorꝫ ſi eſſet poſſibile e
ciam vltimũ anathematis malum
optaſſet incurrere Optarem enim
inquit ipſe ego anathema eſſe a
cristo ꝓ fratrib9 meis qui ſũt cog
nati mei ſecũdũ carnem. qui ſunt
iſrahelite: hoc eſt vellem ego nõ
ſolum tẽporalibus verũ eciã ꝑpetu
is adici penis. dummodo omnes
ſi fieri poſſet homines cristi conſor
cio fruerentur. Cert9 eteni ſũ vti
liorẽ cristo et in omniũ ſalutẽ eſſe
q̃ꝫ meã. Bonũ g° hoc ſũmũ id ẽ dei
ꝯſpectu frui et xp̃o iugiter inhere
re vt ꝑfecte apostol9 poſſit adipiſ
ci. diſſolui optat a corpore. qđ ca
ducũ ꝛ multis fragilitatis ſue neceſ
ſitatib9 impeditũ non poteſt a criſ
ti conſorcio nõ auelli. Impoſſibile
eſt enĩ menti q̃ tam crebris diſtẽ
ditur curis tam varijs tam moleſ
tis angorib9 ĩpeditur. diuino frui
ſemꝑ intuitu Qđ enĩ tam ꝑtinax
ſanctorꝫ ſtudiũ. qđ tam arduũ po
teſt eſſe ꝓpoſitum. cui non aliquã
do ille vſutus inſidiator illudat?
Quis ita ſolitudinis ſecreta ſecta
tus vniũſorꝫ mortalium conſorcia
declinauit. vt nunq̃ cogitacõib9
ſup̃fluis laberetur. et intuitu rerũ
vel occupatione actuũ terrenorum
ab illa q̃ vere et ſola bona eſt dei
cõtemplatione decaderit? Quis
tantum ſpũs vnq̃ potuit retinere
feruorem. vt nõ interdũ lubricas
cogitacõibus in ipſa quoq; oratio
nis intentione tranſlatus repente
de celeſtib9 ad terrena corruerit?
Quis noſtrum vt cetera ꝑuagati
onũ tempora p̃termittam. non il
lo eciam momẽto quo deo ſup
plicans ad ſublimia erigit mentẽ
quodam ſtupore collapſus. eciam
ꝑ id vel inuitus offendat. per qđ
ſperabat veniam delictorũ? Quis
inquam tam exertus ac vigilans
eſt. vt dum pſalmũ deo canit nun
q̃ꝫ a ſcripture ſenſu eius anim9 ab
ducatur? Quis tam familiaris
deo tamq; coniunctus. qui apoſto
licum illud imperium quo ſine intẽ
miſſione orare nos p̃cipit. vel vno
die gaudeat ſe executum? Que li
cet omnia nõnullis qui ſunt craſ
ſioribus vicijs inuoluti. leuia atq;
a peccato pene aliena videantur.
ſcientib9 tamen ꝑfectionis bonũ.
eciã minimarꝫ rerũ multitudo gra
uiſſima ẽ Dolet aũt fieri vt dum
minora vicia vitantur: maiora ce
lerius caueantur.

Caplm ſextum

Velut ſi in aliquā magnā
domū multis inſtrumētꝭ
vaſculis·ſarcinis·impedi
tam·vnū integra viſuū acie ꝑſpi
cacem·alterū cui oculoꝝ lumē ob
tuderit lippitudo pariter ponamꝰ
ingreſſū·nōne ⁊ ille cui ad videnda
omnia hebes erit obtutus·nichil
illic aliud eſſe eſtimet niſi armari
a·lectos·ſcamna·p̄ſepia·et q̄dq̄d
nō tam oculis ſpeculantis q̄ ma
nibus palpantis occurrerit·econ
tra hic qui clariſſimo luminum vi
gore eciā occulta rimatus eſt mul
ta illic minutiſſiā et q̄ vix poſſint
eciam numero cōp̄hēdi ineſſe pro
nūciet Que ſi aliq̄ndo in vnum cu
mulū cōgregentur·paucoꝝ que il
le palpauerat magnitudinem nu
meroſitate cōpenſent·aut eciā for
taſſe trāſcendant Ita igitur ſancti
atq; ut ita dicam videntes quibꝰ
ꝑfectionis eſt ſtudiū·eciam illa q̄
velut tenebroſus animi noſtri nō
intuetur aſpectꝰ in ſemetipſis ſa
gaciter dep̄hendūt acerrimeq; cō
dempnant·vſ; adeo vt qui ſicut
noſtre videtur incurie ne tenuis q̄
dem peccati neuo pure candorē cō
ſciencie fuſcauerūt multis ſibi ma
culis videātur aſpergi·ſi vane nō
dicam cogitationis improbitas in
atria mentis irrepſerit·ſ; vel pſal
mi qui dicendꝰ eſt recordatio ora
tionis tempore intentionē ſuppli
cantis auerterit Si enī inquiunt
cū ſublimi homini nō dicam ꝓ vi
ta ac ſalute noſtra·ſed eciam pro
alicuius lucri cōmodo ſupplicamꝰ
totam in eū et mentis corꝑis aciē
defigētes·de nutu eius trepida ex
pectatione pendemꝰ·non medio
criter formidantes·ne qd̄ forte in
ceptum aut incōgruū verbū miſeri
cordiā audientis auertat·cū dein
de ſi nobis ī foro ac iudiciū ſecula
riū tribunalibus ꝯſtitutis·aſſiſten
te eciam cōtra aduerſario in me
dia ꝓſecutione atq; cōflictu·tuſſis
ſcreatus·riſus oſcitatio·ſompnus
oppreſſerit·quanta in ꝑniciē noſtrā
vigilantiſſimus inimicus ſeuerita
te iudicis cōmouebit inuidia·quā
tomagis cū illi occultorū omniū
cognitori·ꝓ iminenti ꝑpetue mor
tis ꝑiculo ſupplicamꝰ·p̄ſertim cū
ediūſo callidus ſeductor pariter ⁊
criminator aſſiſtat·intenta atq; ſo
licita orōne iudicantꝭ pietas iplo
randa eſt? Nec iniuſte non ſolū le
ui peccato·ſ; eciam grauiſſimo cri
mine impietatꝭ aſtringitur·qui p̄
cem deo fundens ſubito a ꝯſpectu
eius quaſi ab oculis non videntꝭ
nec audiētis cogitationis impro
be vanitatem·ſecutus abſceſſerit·
Illi aūt qui oculos cordis ſui con
tegunt craſſo velamine viciorū ac
ſcūdū ſaluatoris ſententiā viden
tes nō vident·et audiētes nō au
diūt·neq; intelligunt? vix in receſ
ſibus pectoris ſui eciam illa q̄ ſunt
magna et capitalia crimina ꝯtem
plantur·nullas aūt cogitationū
ſurrepcōes ſed nec illos in ſe lubri
cos occultoſ; pruritus·qui mentē

tenui atq; ſubtili ſuggeſtioē com
pūgunt. nec captiuitates anime
ſue poſſunt purgatꝭ obtutibus in
tueri. ſꝫ inuerecūdis ſemꝑ cogitati
onibus euagantes nec dolere no
runt cū ab illa contēplatione que
ſingularis eſt diſtrahūtur. nec ha
bent qđ ſe doleant amiſiſſe. quip
pe qui mentē ſuā ingruentibus vt
libitū eſt cogitationib9 expanden
tes nichil habent ꝯpoſitū qđ prin
cipaliter teneant. vł qđ oīmodis
concupiſcant.

Caplm̄ ſeptimū

Hec ſane nos in hūc erro
rem cauſa p̄pitat. q̄a a
namartia id eſt inpeccāti
e ipiūs v̄tutem penitus ignoran
tes. exiſtimam9 nullam omnino
culpam ex iſtis ocioſis ac lubricꝭ
cogitationū excurſibus nos poſſe
contrahere. ſꝫ hebetudine ſtupefac
ti. et velut oculorū cecitate percuſſi.
nichil in nobis niſi capitalia crimi
na ꝯtemplamur. eaq; tantūmodo
credimus euitanda. que legū quo
q; ſecularū ſeueritate dampnātur
A quibus ſi nos īmunes paululū
ſenſerim9: nichil nobis ineſſe pec
cati protinus arbitramur.

Caplm̄ octauū.

Proinde ab illo videncium
numero ſegregati. q̄a mi
nucias multaꝝ ſordium
q̄ intra nos aggeſte ſūt non vide
mus. nequaq̄ ſalubri cōpunctione
mordemur. ſi ſenſum noſtrū inter
pellauerit egritudo triſticie. nec do
lemus vane glorie ſubtili ſuggeſti
one pulſati. nec de emiſſa tardius
vł tepidius orōne deflemus. nec
reputamus ad culpam. cū pſallen
tibus aut orantibus nobis. aliq̄d
aliud q̄ᵽ ipſa oratio vł pſalm9 oc
currerit. Nec illud horrem9 qᵽ mul
ta q̄ vł loqui aut agere coram ho
minibus pudet. nō erubeſcimus ł
ad horam corde concipere qđ diui
no nouimus patere cōſpectui. nec
pollutionē turpium ſompniorum
larga fletuū ablutioē purgam9
nec lugem9 qᵽ in ipſa elemoſine
pietate cū vł fratrū neceſſitatib9
ſubuenim9. vł alimoniam paupe
ribus miniſtram9 ſerenitatem noſ
tre hilaritatꝭ obnubilat auara cū
ctatio. nec ferri nos vllo credim9
detrimento. cū derelicta memoria
dei ea que ſunt tēporalia. atq; cor
porea cogitamus. ita vt nobis ſa
lomonis illud aptetur eloquiū.
ferierūt me ſed non dolui: et delu
ſerunt me. ego aūt neſciui. E con
tra hij qui ſūmam tocius volupta
tis et gaudij et beatitudinis ſue in
diuinarū ac ſpiritualiū rerū tantū
contēplatione cōſtituūt. cū ab ea
inuiti vł paululū violentis cogita
tionibus abſtrahūtur. velut qđdā
in ſe ſacrilegij genus p̄ſenti peni
tudinis puniūt vltione. ac viliſſi
mā creaturam ad quā ſit detort9
mentis intuitus creatori ſuo ſe p̄
tuliſſe lugentes pene dixerim im
pietatꝭ ſibi crimē aſſcribūt: et lꝫ
ad ꝯſpiciēdā diuine glorie claritatē

oculos cordis ſui ſūma alacritate
cōuertant. tamē etiā breuiſſimas
carnaliū cogitationum tenebras
nō ferētes quidq̄d ab illo vero lu
mine mentꝭ aſpectū retrahit: exe
crantur Deniqꜫ cum hūc beatus
apoſtolus iohānes affectū cūctis
vellet infundere: filioli inquit mei
nolite diligere mūdū nec ea que
in mūdo ſūt. Si q̄s diligit mūdū
nō eſt caritas dei in ipō: quia om
ne quod in mūdo. eſt ꝯcupiſcencia
carnis. ⁊ cōcupiſcēcia oculorū eſt
et ſupbia vite. que non eſt ex p̄re
ſed ex mūdo eſt. ⁊ mundus perijt
et cōcupiſcēcia eius: qui autē facit
volūtatē dei manet ī eternū. Faſti
diūt ergo ſancti vniuerſa in q̄bus
mundus iſte verſatur: ſed impoſſi
bile eſt vt non ad ea vel breui co
gitationū rapiantur exceſſu. Nul
luſꜫ eciam nunc hoīm excepto dn̄o
et ſaluatore noſtro naturalē ꝑua
gationē mētis. ita defix9 ſꝑ in de
ī cōtemplatione cōtinuit. vt nūq̄
ab ea raptus mundane cuiuſq̄ rei
delectatione peccaret dicente ſcrip
tura. Sidera ipā non ſunt munda
in cōſpectu eius. Et iterū. Si in
ſanctis ſuis nō cōfidit. et in angelꝭ
reperit prauitatē: ſiue vt emēda
cior trāſlatio habet ecce inter ſan
ctos eius nemo īmutabilis ⁊ celi
nō ſūt mūdi in cōſpectu ei9

C. ix.

Ecte igitur ſanctos qui
in memoria dei ſtabiliter reti
nētes. quaſi ꝑ extēſas in
ſublime lineas ſuſpēſo ferantur in
ceſſu. ſcenobatis q̄s vulgo funam
bulos vocant dixeri ꝯparandos:
qui ſūmā ſue ſalutis ac vite in an
guſtiſſimo funiculi illius tramite
collocantes: atrociſſimā ſe morte
protin9 incurſuros eſſe non ambi
gunt. ſi vꝉ exigua pes eorū tituba
tione deuiauerit. aut modū illi9
ſalutaris directiōis exceſſerit Qui
dū arte mirifica aereos greſſus ꝑ
inania molliūtur: ſi illā anguſtio
rē veſtigio ſemitā nō cauta atq̄ ſol
licita moderatione ſeruauerint ter
ra que omnibus velut naturalis ē
baſis ac ſolidiſſimū cunctis et fir
miſſimū fundamentū. fit illis pre
ſens ac manifeſta pnicies: nō q̄a
illius natura mutetur. ſed quia illi
ī eam p̄cipitati carnis pondere di
labūtur. Ita etiā indefeſſa illa dei
bonitas īmutabiliſq̄ ſubſtācia: ipā
quidē neminē ledit. ſed nos dedi
nādo a ſūmis atq̄ ad ima tētēdo
nobiſipis ꝯſciſcimus mortē ymo
ipā declinatio mors efficit̄ declinā
ti Ve eni inq̄t eis. qm̄ receſſerūt a
me Vaſtabūt̄ qm̄ p̄uaricati ſūt ī
me Et iterū. Ve eis cū receſſero
ab eis. Arguet namqꜫ te malicia
tua. et auerſio tua increpabit te.
Scito et vide: quia malū ⁊ ama
rum eſt reliquiſſe te dominū deum
tuū. funiculis namqꜫ peccatorꝫ ſu
orū vnuſquiſqꜫ ꝯſtringitur Ad q̄s
ſatis cōpetenter a dn̄o increpatio
illa dirigitur Ecce inquit omnes
vos accendētes ignē. accincti flam
mis ābulate in lumine ignis vr̄i

et in flāmis quas ſuccēdiſtis Et
iterū. Qui incendit mq̄t maliciā
ꝑibit ab ea ⸿Caplm̄ decimū

CUm ergo ſemetipſos co
tidie ſentiāt ſācti terrene
cogitationis pondere pre
grauatos ab illa mentis ſublimi
tate decidere: et inuitos ymmo ve
ro etiam neſciētes in lege peccati
mortiſ ꝫ trāſduci. atqꝫ vt cetera pre
termittā illis ſaltem que ſuperi9
cōmphendi bonis q̄dem ac iuſtis
ꝫ tamen terrenis a cōſpectu dei o
peribus auocari. habent ꝓfecto ꝓ
quibus ad dominū iugit̄ ingemiſ
cant. habent ꝓ quibus in veritate
humiliati atqꝫ cōpūcti nō v̄bb tan
tūmō ꝫ affectu ſemetipſos ꝓnūa
ent peccatores. et veniam deprcāt
ꝓ omnibus que cotidie ſupati fra
gilitate carnis incurrunt. ac gra
tiam domini iugiter poſtulantes
veras penitētie lacrimas indeſinē
ter effundant. quippe qui vident
hiſdem ipis ſe ꝓ quibus cōtinuo
dolore vexati ſunt eciam vſꝫ ad vl
timū vite ſue finē eſtib9 iuolutos
eciam ipſas ſupplicatiōes ſuas of
ferre ſe ſine cogitationū anxieta
te nō poſſe. Expti igitur ſe huma
nis viribus deſideratū finē obſiſtē
te carnis ſarcina nō poſſe ꝯtinge
re. neqꝫ illi p̄cipuo ſūmoqꝫ bono
ſcd̄m cordis ſui deſideriū poſſe cō
iūgi. ꝫ ab eius intuitu captiuos
ad mūdana tranſduci. ad gratiam
dei q̄ impios iuſtificat ꝯuolantes
cū apoſtolo ꝓteſtātur. Infelix ego
homo q̄s me liberabit de corpore
mortis hui9? Grā dei ꝑ dominū
noſtrū ihesū criſtū. Sencāūt enim
bonū iſtud qd̄ volūt nō poſſe ſe ꝑ
ficere. ꝫ illud qd̄ nolūt qd̄qꝫ ode
runt malū id eſt cogitationū mo
tus et curam corporaliū rerum ſēꝑ
incurrere ⸿Caplm̄ vndecimū

ET ꝯdelectantur quidē le
gi dei ſcd̄m interiorē ho
minē. qui viſibilia vniū
ſa trāſcendens conatur deo ſoli ſē
per vniri. ꝫ vident aliam legem ī
membris ſuis id eſt in natura hu
mane cōditionis inſertam. que re
pugnat legi mentis eoꝝ. et cap
tiuū ꝑtrahit ſenſum violēta lege
peccati. cōpellens ſcilicet eū relicto
illo principali bono terrena cogita
tione ſubmitti Que q̄uis neceſſa
ria atqꝫ corpori vtilis videatur.
cū diſpenſatiōe religioſe cuiuſpiā
neceſſitatis impenditur. cōpatiōe
tamen illius boni qd̄ ſanctorum
omniū oblectat intuitum mala v
tiqꝫ ab eis ac fugienda decernitur
qui ꝑ eā quoquo mō vl̄ ad modi
cū tēp9 ab illi9 ꝑfecte btitudinis
gaudio retrahūtur. Vere eni lex
peccati eſt. quā humano generi p̄
uaricatio ſui induxit auctoris: ꝑ
illi9 noxā. in quē locuta ē eq̄ſſimi
iudicis illa ſentētia Maledcā tr̄a
ī opibꝫ tuis ſpinas ⁊ tribulos ger
minabit tibi. ⁊ in ſudore vult9 tui
edes panē tuū Hec iquā ē lex mē
bris oīm īſerta mortaliū. q̄ repugn̄t
legi mētꝭ nr̄e. eāqꝫ a diuino arcꝫ

intuitu · qua maledicta terra in o
peribus noſtris poſt agnitionem
boni ac mali · cogitationum ſpi
nas cepit ac tabulos germinare·
quarũ aculei naturalia virtutũ ſe
mina pſocant·ne illũ panẽ noſtrũ
qui de celo deſcendit· quiq; cõfor
tat cor hominis edere abſq; vult9
noſtri ſudore poſſimus Omne igi
tur humanũ gen9 huic generalit̃
legi ſine vlla exceptione ſubiatur
Nullus enim eſt q̃uis ſanct9 qui
ſupradictũ panẽ non cum ſudore
vultus ſui ⁊ ſolicita cordis intẽtio
ne capiat Ceterũ cõmuni iſto pa
ne multi vt videmus diuites ſine
vllo vult9 ſui ſudore veſcũtur

Caplm̃ duodecimũ

QVam eã legem beatus
apoſtol9 ſpũalem aſſerit
dicens Scimus aũt quia lex ſpũ
alis eſt ego aũt carnalis ſũ venũ
datus ſub peccato Spũalis enim
ẽ lex hec q̃ iubet nobis vt in ſudo
re vultus noſtri comedam9 panẽ
illũ verũ qui de celo deſcendit; ſʒ
nos carnales fecit venũdatio illa
pcti Quid rogo iſtd̃ cui9 de pecca
tũ ẽ? Sine dubio ade·cuius pua
ricatione atq; vt ita dicã negocia
tione dampnoſa fraudulentoq; cõ
mercio venditi ſumus Omnẽ eni
ꝯplem ſuã ſerpentis perſuaſione ſe
ductus illiciti cibi perceptioẽ diſtrac
tã; iugo ꝑpetue ſeruitutis addix
it Hic naq; mos ſolet inter vendẽ
tem ementẽq; ſeruari vt is q̃ ſe a
lieno cupit dominio mancipare·a

liquid p̃cij ꝓ iactura ꝓp̃e liberta
tis et addicione ꝑpetue ſeruitutꝭ
a ſuo cõſequatur emptore Quod
eciam inter adam et ſerpẽtẽ mani
feſtiſſime videmus impletum Ille
enim a ſerpente p̃cio libertatis ſu
e eſum ĩterdicte arboris capiens
a naturali libertate diſceſſit; illiq;
maluit ſemetipſũ ꝑpetua dedere
ſeruitute·a quo vetiti pomi letale
preciũ fuerat aſſecutus· Qua de
incepe cõditione ꝯſtrictus non im
merito omnẽ poſteritatis ſue ꝓge
niẽ ꝑpetuo eidẽ cui9 effect9 eſt ſer
uus ſubdit famulatu Quid eni a
liud ſeruile cõiugiũ p̃t parcare q̃
ſeruos? Quid g°? Nũq̇d emptor
iſte verſutus et callid9 domino vo
atq; legitimo ius dñatioĩs eripu
it? Non ita eſt· Neq; eni ſic ille
omẽ peculiũ dei vnius fraudis do
loſitate ꝑuaſit; vt potenciã domi
nij ſui verus dominator amitteret
qui ipſũ quoq; emptorẽ quãuis de
fugam·vl̃ rebellem tamẽ iugo de
primit ſeruitutꝭ· Sed quia omni
bus rationabilib9 creaturis arbi
trij libertatẽ creator indulſerat;
eos qui ſe contra fas ethicas cõcu
piſcencie trãſgreſſione vendi derãt
inuitos ad ingenitã libertatem re
uocare non debuit· Abſ hoc et ſiq̇dẽ
ab illo iuſticie ac pietatꝭ auctore
quidq̇d bonitati equitatiq; ꝯtrari
um eſt Malum enim fuerat·ſi con
ceſſe libertatꝭ beneficiũ reuocaſſet·
iniuſtũ ſi liberũ hominẽ potentia ſu
a oppmẽs atq; captiuãs libertatꝭ

accepte p̃uilegiũ aſſequi nõ ſiuiſ
ſet. Cuius ſalutem in futura tunc
ſecula reſeruauit. vt recto ordine ꝯ
pleretur ſtatuti tẽporis plenitudo
Oportebat enim eius ſobolẽ tam
diu ſub habita cõditione durare:
quouſ eam de originalibus vincu
lis liberatam in antiquũ libertatꝭ
ſtatum p̃oris domini grã p̃cio ſui
ſanguinis reformaret Quã pieta
tꝭ inſtinctu potuit etiam tũc ſalua
re ſ nolunt. quia eũ decreti ſui ir
rumpere ſanctionẽ eq̃tas nõ ſine
bat Vis noſſe cauſam venditiõis
tue? Audi ipſũ redemptorẽ tuum
ꝑ yſaiam ꝓphetã aptiſſime ꝓcla
mantẽ Quis eſt iſte liber repudij
matris veſtre quo dimiſi eam. aut
quis eſt creditor me9 cui vendidi
vos? Ecce in iniq̃tatibus veſtris
venditi eſtis. et in ſceleribus veſ
tris dimiſi matrẽ veſtram. Vis e
ciam euidenter agnoſcere cur te iu
go ſeruitutis addictũ redimere po
tentie ſue ꝟtute noluerit? Audi
quid ad ſupiora q̃b9 eiſdem famu
lis peccatorꝫ cauſam volũtarie vẽ
ditiõis exprobrat adiecerit Nun
q̃d abbreuiata et ꝑuula facta eſt
manus mea vt nõ poſſim redime
re? aut nõ eſt ꝟtus in me ad libe
randũ? Sed q̃d huic potentiſſime
miſericordie ei9 ſemꝑ obſtiterit idẽ
ꝓpheta demonſtrãs ecce inq̃t nõ
eſt abbreuiata manus domini vt
ſaluare nequeat. neq aggrauata
eſt auris ei9 vt nõ exaudiat. ſ ini
quitates veſtre diuiſerũt inter vos
et deum veſtrum et peccata veſtra
abſcõderunt faciem eius a vobis
ne exaudiret.

Caplm̃ decimũtercũ.

Quia ergo carnales nos
fecit et ſpinis ac tribulis
condẽpnauit illa dei p̃ma
malediccio. nos ꝗ ita iniquo pater
noſter cõmercio venũdedit. vt bo
num qd̕ volum9 agere neq̃amus
dum diuulſi a memoria ſũmi dei
ea que humane fragilitatꝭ ſũt co
gitare cõpellimur. dum puritatis
amore flagrantes incentiuis natu
ralibus que penit9 ignorare veli
m9 caã inuiti plerũq cõpũgimur
Scim9 q̃a nõ hitat in carne noſ
tra bonũ. id eſt huius quã dixim9
theorie atq puritatꝭ ꝑpetua iugiſ
q tranquillitas. ſ factum eſt in no
bis iſtud peſſimum ac lugubre di
uorciũ. vt cum mente legi dei ſer
uire velim9 nunq̃ ſcilicet volentes
a claritate diuina dimouere ꝯſpec
tum tamen carnalibus tenebris
circũfuſi quadam lege peccati ab
eo qd̕ bonum nouimus cogamur
auelli. ſcilicet ad curas cogitatio
nes ꝗ terrenas ab illa mentis cel
ſitudine decidentes ad quas nos
lex peccati id eſt illa ſententia dei
non immerito cõdempnauit. quã
primus peccator excepit Et inde
eſt ꝙ beatus apoſtolus cũ aptiſſi
me fateatur ineuitabili ſe vꝉ oẽs
ſanctos p̃ci hui9 neceſſitate ꝯſtrĩgi

tamen neminē eorum ab hoc eſſe
dampnandū audenter enūciat di
cens. Nichil ergo nunc dāpnatio
nis eſt hiis qui ſunt in xpō iheſu.
Lex enim vite in xpō iheſu libera
uit me a lege peccati ⁊ mortis Id
eſt cotidiana gracia xpi. omīs ſan
ctos ſuos ab hac lege pcti et mor
tis. in quā iugiter vel nolentes co
guntur incurrere: cū remiſſione de
lictorum ſuorū a dn̄o p̄catur abſol
ui. Videtis ergo non ex perſona
peccatorū ſed ex illorū qui vere ſā
cti atqꝫ ꝑfecti ſunt hāc beatū aplm̄
pꝛōpſiſſe ſententiā. Nō enī qd̄ vo
lo facio bonū. ſꝫ qd̄ odi malū hoc a
go: et video aliam legem in men
bris meis repugnantē legi mentꝭ
mee. ⁊ captiuū me ducētem in le
ge peccati que eſt ī mēbris meis

Capitulū .xiiii.

Germanꝰ R. eꝗ coꝝ qui
capitalibꝰ criminibꝰ im
plicantur. neqꝫ apoſtoli vl' illorū
qui ad eius ꝓfecere mēſurā hoc di
cimus congruere poſſe ꝑſonis. ſꝫ de
hiis ꝓprie hoc intelligi debere cen
ſemus: qui poſt dei gratiā agnitio
nēqꝫ veritatꝭ a carnalibꝰ ſe viciis
abſtinere cupientes. antiq̄ adhuc
cōſuetudine velut naturali lege in
menbris ſuis violentiſſime dn̄an
te. ad inolitam paſſionum concupiſ
centiam ꝑtrahunt. Vſus enim ac
frequētia delinquēdi velut lex ef
ficitur naturalis. q̄ in menbris in
firmitatꝭ humane inſerta affectꝰ
anime necdum plenis ꝟtutū ſtu
diis erudite. ſꝫ adhuc rudis ac te
nere vt ita dixerim caſtitatis cap
tiuos rapit in vicia. ac morti eos
antiqua lege ſubiciens iugo pecca
ti dominantis addicat. nō ſinens
eos bonū qd̄ diligunt puritatis
adipiſci: ſꝫ pocius malum qd̄ exe
crantur exercere

Caplm̄ .xv.

Theonas Non parū veſ
tra ꝓfliat opinio. Siqdē
etiam voſipſi aſtruere iā
cepiſtis in illoꝝ ꝑſona q̄ omnino
peccatores ſūt hec penitꝰ ſtare nō
poſſe: illis autē qui ſe viciis car
nalibus abſtinere contendunt ꝓpꝛ̄e
conuenire Quos qm̄ a peccatoꝝ iā
numero ſegregaſtis: conſequens eſt
vt etiam fidelium atqꝫ ſanctorum
paulatim cetibus inſeratis. Que
enim genera pctoꝝ iſtos dicitis
poſſe committere. quibꝰ ſi fuerint pꝰ
grām baptiſmatis inuoluti rurſū
ꝑ cotidianam xpi gratiā liberētꝭ?
Aut de quo mortis corꝑe aplūs
dixiſſe credendꝰ eſt. quis me libe
rabit de corꝑe mortis huius. grā
dei ꝑ dominū noſtrū iheſū? Nōne
manifeſtū eſt ſicut quoqꝫ voſipſos
veritas compulit confiteri non de illis
capitaliū criminū menbris ꝑ que
ſtipendiū eterne mortis adquiritꝭ
id eſt homicidii. fornicationis. adi
ulterioꝝ. ebrietatis. furtoꝝ. atqꝫ
rapinarū. ſꝫ de illo p̄dicto cui grā
criſti cotidiana ſuccurrit corꝑe me
morari? Quiſqs enim poſt baptiſ
mū et ſcientiā dei in illud mortis
corpꝰ reciderit. ſciat ſe ñ cotidiana

grã xp̃i id eſt facili remiſſione quã
momentꝭ ſingulis exorat9 domi
nus noſter erroꝛib9 noſtris dona
re ↄſueuit· ſ; aut diuturna afflicti
one penitudinis ac penali doloꝛe
purgandũ· aut certe ꝓ hijs in fu
turũ eterni ignis ſupplicijs addicẽ
dum· ita eodem apoſtolo ꝓnunci
ante Nolite falli Neq; foꝛnicarij
neq; ydolis ſeruientes· neq; adul
teri· neq; molles· neq; maſculoꝛũ
ↄcubitoꝛes· neq; fures· neq; aua
ri· neq; ebꝛioſi· neq; maledici· ne;
rapaces regnũ dei poſſidebũt Aut
que eſt iſta lex militãs in mẽbꝛis
noſtris· que repugnat legi mentꝭ
noſtre q̃ cũ nos reſiſtẽtes atq; cap
tiuos in legem peccati ac moꝛtis
adduxerit· eiq; nos fecerit carne
ſeruire· nichilominus mente legi
dei ſeruire ꝑmittit? Nec enĩ hic
puto legem peccati flagitia deſig
nare: aut hoc de hijs intelligi poſ
ſe criminibus· q̃ ſi quis facit legi
dei mente nõ ſeruit· a qua neceſſe
eſt eũ animo ante diſcedere· q̃ꝫ
aliq̃d coꝛꝫ carne ↄmittat Quid
eſt enim ſeruire legi peccati· niſi
ea q̃ a peccato imꝑãtur implere?
Qd̃ ergo peccati gen9 eſt quo cũ
ſe tanta ſanctitas atq; ꝑfectio ſen
tiat captiuari· grã tamen cꝛiſti nõ
ambigat liberandũ dicens· infelix
ego homo quis me liberabit de coꝛ
poꝛe moꝛtꝭ hui9? grã dei ꝑ domi
nũ iheſũ? Quãuiquã mẽbꝛis noſ
tris legẽ ineſſe firmabitꝭ· que abſ
trahat nos a lege dei ⁊ captiuãs

lege peccati infelices nos ꝑci9 fa
ciat q̃ꝫ nocentes· vt nõ eternis ſup
plicijs adiciamur· ſ; quaſi de in
terrupto beatitudinis gaudio ſuſ
piremus· et auxiliatoꝛẽ q̃ nos ad
id retrahat req̃rentes cũ apoſtolo
ꝓclamemus· infelix ego homo q̃s
me liberabit de coꝛpoꝛe moꝛtꝭ hu
ius? Abduci nãq; captiuũ in pcĩi
lege quid eſt aliud· q̃ꝫ in effectu
pcĩi atq; oꝑe ꝑmanere? Aut qd̃
aliđ ꝑncipale bonũ dabitur qđ ſãc
ti explere nõ poſſint: niſi id ad cu
ius ↄꝑationẽ vt ſupꝛa dixim9 v
niũſa nec bona ſũt· et q̃dem noui
m9 multa eſſe bona in hoc mũdo
ꝑcipueq; pudiciciam· ↄtinentiam·
miſericoꝛdiã tempantiam· pietatẽ
ſ; hec omnia et ſũmo illi bono pa
ria eſſe non poſſũt· et perfici nõ di
cam ab apoſtolis ſ; eciam a medi
ocribus poſſunt Et a q̃bus imple
ta nõ fuerint aut eterno ſupplicio
puniũtur· aut grandi vt ſupꝛa dic
tum eſt laboꝛe penitentie non coti
diana cꝛiſti gratia liberãtur· Dup
eſt igitur· vt hãc apoſtoli ſententi
am ſoli ſanctoꝛũ ꝑſone recte fatea
mur aptari· qui in hanc quã ꝑdixi
mus incurrẽtes cotidie peccati nõ
criminũ legem· de ſtatu ſalutꝭ ſue
certi non ꝑcipitantur in facinus· ſ;
vt ſepe dictum eſt de ↄtemplacõe
diuina ad miſeriam cogitationum
coꝛꝑaliũ deuoluti vere illi9 btĩtudi
nis bono pleruq; fraudãẽ Si enĩ
ſe ĩ hãc mẽbꝛoꝛꝫ ſuoꝛꝫ legẽ cotidi
anis ſentirẽt ſceleribus illigari:

nō vtiq; de felicitatꝭ amiſſione ſꝫ
de innocētia cauſarentur nec dice
ret apoſtolꝰ paulꝰ infelix ego ho
mo· ſꝫ impurus aut ſceleſtus ego
homo: nec de corpe mortꝭ huius
hoc eſt de conditione mortali· ſꝫ a
flagitijs atq; criminibus carnis
huiꝰ vellet abſolui· Sed quia ſe
ꝓ ꝯditione fragilitatis humane
ſenſerat captiuatū· id eſt abductū
ad ſollicitudines curaſꝫ carnales
que lex peccati et mortꝭ opatur :
ingemiſcens ſup hac quā inuitus
incurrerat lege peccati confeſtim re
currit ad cꝛiſtū· et pſentiſſima grē
eius redemptione ſaluatur· Quod
ergo lex illa peccati q̄ ſpinas et
tribulos cogitationū curarumq;
mortaliū naturaliter gignit· et iā
in apoſtolici pectoris terra ſollicitu
dines germinarit· iſta lex gratie
mox euellet Lex enī inquit ſpūs
vite in xp̄o iheſu liberauit me a le
ge peccati ⁊ mortis ¶ xvi·

Hoc ergo ineuitabile cor
pus eſt mortꝭ· in quod p
fecti quiq; q̄ guſtauerint
q̄ ſuauis eſt dn̄s cotidie reuolu
ti ſentiunt cū ꝓpheta q̄ malū et a
marū ſibi ſit diſcedere a dn̄o deo
ſuo Hoc eſt corpꝰ mortꝭ qd̄ a ce
leſti eos intuitu retrahens ad ter
rena deducit · qd̄ pſallentes eos
atq; in oꝛōne ꝓſtratos vł huma
nas effigies vł ſermones vł ne
gocia vł actꝰ facit ſupfluos retrac
tare Hoc eſt corpꝰ mortꝭ qd̄ emu
lantes angelicam ſanctitatē et vo
lentes domino iugiter inherere· p
fectionem tamen huius boni quia
mortꝭ corpꝰ obſiſtit inuenire non
poſſūt· ſed faciūt malū qd̄ nolunt
id eſt traducitur mente eciam ad
illa q̄ ad pfectū vtutū pfectionē q;
non ptinent· Deniq; vt hoc de
ſcītis atq; pfectis ſibiq; ſimilibꝰ
ſe dixiſſe beatus apoſtolꝰ euidēter
expmeret· digito quodāmō ſemet
ipſū tactuq; deſignās continuo in
fert Itaq; ego ipſe: id eſt q̄ hec ꝓ
nūcio mee nō alterꝰ ꝯſcientie la
tebras pando· hoc ſane locutiōis
genere familiarit̄ vti apoſtolꝰ ſo
let· ſi quādo vult ſe ſpecialiter de
ſignare· ſicut ibi Ipſe ego paulus
obſecro vos p māſuetudinē ⁊ mo
deſtiam criſti· Et rurſū Niſi qd̄ e
go ipſe grauaui vos Et iterū Eſ
eſto Ego ipſe nō grauaui vos Et
alibi Ipſe ego paulꝰ dico vobis
ſi circūcidamini xp̄s vobꝭ nichil ꝓ
derit· Et ad romanos· Optabā
enī ipſe ego anathema eſſe a criſto
ꝓ fratribus meis· Poteſt aūt nō
abſurde eciam ſic accipi· vt expꝛ
ſius cū cuſaſi ꝓnūcietur· Itaq; ip
ſe ego id ē quē noſtis eſſe apoſto
lū criſti· quē tota ſuſpiciencia vene
ramini· quē creditꝭ ſūmū eſſe atq;
pfectū· et in quo loquitur criſtꝰ cū
mente ſeruiā legi dei· carne tamē
legi pcī ſeruire me fateor Hoc ē
diſtentione ꝯditionis humane in
terdū de celeſtibus ad terrena de
uoluor· ⁊ ad curas humiliū rerum
mentꝭ mee altitudo ꝓlabitur· per

quā peccati legem ista momentis
ſingulis me ſentio captiuari. vt ꝗ
uis imobili circa legem dei deſide
rio ꝑſeuerem. nullomodo tamen
vim huiꝰ captiuitatis euadere poſ
ſe me ſentio. niſi cum fugero ſemꝑ
ad grām ſaluatoris ¶ .xvij.

Ecidarco cotidianis ſuſ
pirijs ōnes ſancti ꝓ hac
ſubſtātie ſue fragilitate ꝯ
pūcti dum cogitationū varietates
et cōſciencie ſue latebras ac pene
tralia ꝑſcrutāt. ſuppliciter clamāt
Nō intres in iudiciū cū ſeruo tuo
quia non iuſtificabitur in cōſpectu
tuo ōnis viuens Et illud Quis
gloriabitur caſtū ſe habere cor aut
quis fiduciā habebit ſe mūdum eſ
ſe a peccato? Et iterū Non eſt iuſ
tus homo in terra q̄ faciat bonum
et nō peccet Et ita infirmā homi
num impfectamqꝫ iuſticiam. et mi
ſericordie dei indignam ſemꝑ eſſe
ſenciunt. vt vnꝰ ex hijs cuius iniq̄
tates atqꝫ peccata deus miſſo de
altari ignito Vbi ſui carbone pur
gauit. poſt illam mirificā contem
plationem dei. poſt intuitum ſubli
miū ſeraphim et reuelationem ſa
cramentorꝫ celeſtium dicat Ve m
q̄a vir pollutus labijs ego ſum. et
in medio populi polluta labia ha
bentꝭ ego habito. Qui ſicut arbi
tror labiorꝫ ſuorꝫ immundiciā nec
tūc q̄dem fortaſſe ſenſiſſꝫ. niſi verā
ꝑfectionis et integram puritate cō
tēplatione dei meruiſſꝫ agnoſcere
cuius intuitu pollutionē ſibi ante

incognitam repente cognouit Cū
enī ait ve michi q̄a vir pollutus
labijs ego ſum. de ſuorꝫ hoc labio
rum nō de populi pollutione cōfeſ
ſum id q̄d ſeq̄tur manifeſtat. et in
medio populi polluta labia habē
tis ego habito Sed eciā cū orās
peccatorꝫ quaſi vniūſaliū imūdi
cias confitetur. nō iniquorꝫ tantū
ſꝫ eciam iuſtorꝫ plebem generali
ſupplicatione cōplectitur dicens.
Ecce tu iratus es et nos peccaui
mus: in ipſis fuimꝰ ſemꝑ et ſalua
bimur. facti ſumꝰ vt imūdus om
nes nos. tanq̄ pannꝰ menſtruate
vniūſe iuſticie noſtre. Rogo quid
euidentius hac poteſt eſſe ſententi
a: qua nō vnam tantū ſꝫ vniūſas
iuſticias noſtras ꝓpheta cōplexus
et circūſpiciēs omnia que vł imū
da vł horrenda iudicātur. q̄a nich
il in hominū cōūſatione ſordidius
neqꝫ impurius potuit reperire. pā
no eas cōꝑare voluit menſtruate
Fruſtra ergo maīfeſtiſſime veritati
ſpinoſe obiectionis acumē oppoī
tur. ſicut paulo ante dixiſtis. ſi ne
mo ſine peccato nullus eſt ſanctꝰ.
et ſi nemo ſanctus. nullꝰ ergo ſal
uabitur. Hoc enī ꝓphete teſtimo
nio poteſt nodus huius q̄ſtionis
abſolui Ecce inq̄t tu iratus es et
nos peccauimꝰ. id ē cū elatiōē cor
dis noſtri vł negligentia aduer
ſarios tuo nos auxilio denudaſti.
confeſtim nos vorago obſorbuit
peccatorum. Velut ſi quis ſplen
diſſimo ſolis diceret clemento.

Ecce tu occubuiſti: et nos illico ꝯ
texit tenebroſa obſcuritas. Et ta
mē cū hic ſanctꝰ peccaſſe ſe dicat
et nō ſolū peccaſſe. ſ; eciam in ipſis
ſemꝑ ꝑmāſiſſe peccatꝭ. non deſpe
rat penitus de ſalute. ſ; ſubiūt In
ipſis fuimꝰ ſemꝑ: et ſaluabimur.
Hāc ergo ſententiā ecce tu iratꝰ
es et nos peccauimꝰ: illi apoſto
lice cōꝑabo. infelix ego homo quis
me liberabit de corꝑe huiꝰ mortꝭ
Rurſū id qđ ꝓpheta ſubiungit in
ipſis fuimus ſemꝑ ⁊ ſaluabimur
ꝯſequētibꝰ apoſtoli cōgruit. Vbis
grā dei per iheſum criſtū dominū
noſtrū Similiter eciā illud eiuſdē
ꝓphete. ve m̄ quia vir pollutus la
bijs ego ſum. et in medio populi
polluta labia habentꝭ ego habito
videꝫ ſupđictos ſapere ſermones
infelix ego homo. quis me libera
bit de corꝑe mortꝭ huius. Item q;
qđ ſeq̇tur in ꝓpheta. et ecce vola
uit ad me vnus de ſeraphin. ⁊ ī
manu eius carbunculꝰ ſiue calcu
lus. quē forcipe tulerat de altari.
et tetigit os meum. et dixit ecce
hoc tetigi labia tua. et auferetꝛ ini
quitas tua. et peccatū tuū munda
bitur. tale eſt ut pauli videatꝛ ꝯce
platum qui ait. grā dei ꝑ iheſum
criſtū dominū noſtrum. Videtꝭ er
go queādmodū omnes ſancti nō
tam ex ꝑſona pauli quā ex ſua. et
peccatores ſe veraciter fateantur.
et tamē nequaꝗ̄ de ſua ſalute deſ
perent. ſ; iuſtificationis plenitudi
nē quā ꝓ cōditione fragilitatꝭ hu
mane ꝯſequi ſe poſſe diffidunt. de
grā domini et miſericordia preſu
munt Caplm̄ .xviij.

Eminem vero ī hac vita
q̄uis ſanctū immunē eſſe
a debitꝭ peccatorꝫ. eciam
magiſteriū nos docet ſaluatoris.
Qui diſcipulis ſuis ꝑfecte orōnis
formulam tradens. inter reliqua
illa ſublimia ſacratiſſimaq; māda
ta que qm̄ nō niſi ſanctis ꝑfectiſ;
ſunt tradita malis et infidelibus
ꝯuenire non poſſūt. hoc iuſſit inter
ſeri Et dimitte nobis debita noſ
tra: ſicut et nos dimittimus debi
toribus noſtris Si ergo vera hec
et a ſanctis ꝓfertur orō. ſicut idu
bitanter credere nos oportet. quis
tam ꝯtumax et ꝑ̄ſumptor tanta
ſuꝑbia diabolice fraudis elatꝰ po
terit inueniri. q̄ ſine peccato ſe eſſe
ꝓnunccians. nō ſolum maiorē ſe a
poſtolis credat. verū eciā ipſū quaſi
ignorantie aut vanitatis arguat
ſaluatorē. vt ſcilicꝫ aut neſciret eſ
ſe poſſe aliq̊s īmunes a debitis:
aut fruſtra docuerit eos quos ſci
erit orōnis iſtius remedio nō ege
re: Sed cum regis ſui ꝑ̄cepta ſer
uantes oēs omnino ſancti cotidie
dicant. dimitte nobis debita noſ
tra: ſi verum dicūt. vere nemo eſt
īmunis a culpa. Si aūt fallunt:
eque verū eſt eos mendacij nō ca
rere peccato Vnde eciam ille ſapi
entiſſimꝰ eccleſiaſtes vniuerſos a
ctus ⁊ humana ſtudia mente per
curēs. ſine vlla exceptiōe ꝓnūcat

Quia nō ē iuſt9 homo in terra q̄
faciat bonū et nō peccet: id eſt ne
mo in hac terra tam ſanct9 tam di
ligens tam intent9 vł potuit vn
q̄ vł poterit inueniri. qui vero illi
ac ſingulari bono ita iugiter vale
at inherere. vt non cotidie ab eo
diſtractus ſe ſentiat delinquere. q̄
tamen cū ꝓnūciet imunis a noxa
eſſe nō poſſe. iuſt9 eſſe nichilomi
n9 non negatur

## Capitulum decimūnonū

Quiſq̄s itaq; anamartetō
id eſt īpeccantiā nature aſ
ſcribet humane. nō inani
bus verbis ſ; cōſcientie ſue nobiſcū
teſtimonio ac ꝓbatione ꝯfligat. et
tunc demū ſe abſ; peccato eſſe ꝓ
nūciet. cū ab hoc ſūmo bono ſenſe
rit non auulſū. Ymmo vero q̄ſq̄s
cōſiderans conſcientiam ſuā vt nō
dicam aplius vnam ſaltem ſinax
im ſine vlla verbi vł facti ł cogita
tionis interpellatione ſe dephēde
rit celebraſſe. abſq; peccato ſe eſſe
ꝓnunciet Proinde q̄a hijs ōnib9
ociosis ac ſuꝑfluis rebus volucrē
humane mentis excurſū fatemur
carere non poſſe. ꝑ hoc vtiq; conſe
quenter ſine peccato nos non eſſe
veraciter confitemur Nam quāta
uis circūſpectione vnuſq̄ſ; cor ſuū
ſeruare cōtendat. nūq̄ id ſecūdū
deſideriū ſpirit9 ſui repugnāte car
nis conditione cuſtodiet Quanto
enim magis ꝓfecerit mens huma
na. et ad ſinceriorē cōtemplatiōis
ꝑuenerit puritatē. tanto ſe īmundi
orem quaſi ꝑ ſpeculū ſue puritatis
inſpiciet Quia neceſſe eſt vt dū a
nimus ad ſublimiorem ſe extēdit
intuitū. et maiora q̄ agit ꝓſpici
ens concupiſcit illa in quibus eſt
vt inferiora ſemꝑ ac viliora deſpi
ciat. plurima ſiquidem denotat ſin
cerior obtutus. paritq; ſibi maio
rem reꝑhenſionis dolorem irreꝑ
henſibilis vita. et multiplicat ge
mitus atq; ſuſpiria emēdatio mo
rum. et emulatio attenta virtutū.
Nemo enim illo in quo ꝓfecerit
gradu poteſt eſſe contētus. et quā
tum quis fuerit mente purgatior
tanto ſe ſordidiorem vidēs magis
humilitatis q̄ elationis inuenit
cauſas Quātoq; pernicius ad ſub
limiora cōtenderit. tanto ampli9
preuidet ſibi ſupereſſe quo tendat
Deniq; ille apoſtolorum eximi9
quem diligebat iheſus recūbens
ſupra pectus eius. hanc quaſi ex
dominico protulit corde ſententiā
Si dixerimus quia peccatum nō
habemus: ipſi nos ſeducimus. et
veritas in nobis non eſt. Itaq; di
centes nos non habere peccatum.
veritatem id eſt criſtum non habē
tes in nobis quid aliud proficim9
niſi vt nos hac ipſa profeſſione
ex peccatoribus ſceleratos atq;
impios approbem9?

## Capitulum vigeſimū

Poſtremo ſi cordis ē re
n9 explorarē vtrū poſ
ſibile ſit huāne ſbſtātie

anamarteton poſſidere. a quibus manifeſtius diſcere poterimus q̄ ab hijs qui carnē ſuā crucifixerūt cū vitijs et concupiſcētijs. et q̄b9 vere crucifixus eſt mundus? Qui cū de cordib9 ſuis nō ſolū radicit9 vitia vniūſa ꝯuulſerint. verū etiā cogitatiōēs ac memoriā peccatorum conentur excludere. nichilominus tamē cotidie fideliter ꝯfitētur ne vna quidē hora macula ſe carere peccati ¶Caplm̄ .xxi.

Nec tamē ex eo debem9 nos a dominica cōmunione ſuſpendere quia nos agnoſcimus peccatores. ſ; ad eā mag̃ ac magis eſt et ꝓpt̃ anime medicinā et purificatione ſpirit9 auide feſtinandū. verūptamen ea humilitate mētꝭ ac fide. vt indignos ꝑceptione tante grē iudicantes. remedia poci9 noſtris vulneribus expetamus. Alioquin nec āniūſaria q̄dē digna eſt ꝓſumēda cōmunio. vt q̄dam faciūt q̄ in monaſterijs ꝯſiſtentes ita ſacramentorum celeſtiū dignitatē et ſanctificationē ad meritū metiūtur. vt eſtimēt ea nō niſi ſanctos atq; immaculatos debere ꝓſumere. et nō poci9 vt ſanctos mundoſq; nos ſua participatione ꝑficiant. Qui ꝑfecto maiorem arrogantie ꝓſumpſionē quā declinare ſibi videntur incurrūt. q̄a vl̃ tunc cū ea ꝑcipiunt dignos ſe ei9 ꝑceptione diiudicāt Multo autē iuſtius eſt vt cū hac cordis humilitate qua credim9 et fatemur illa ſacroſcā miſteria nūq̄ ꝓ merito nos poſſe ꝯtingere ſingulis ea dominicꝭ dieb9 ob remedium noſtrarū egritudinū ꝓſumamus. q̄ vt vana ꝑſuaſiōē cordis elati. vl̃ poſt annum dignos eorum participio nos eſſe credam9 Quapropter vt hec intelligere et fructuoſe tenere poſſim9: miſericordiam domini vt nos ad capienda hec adiuuet attenti9 imploremus. Que nequaq̄ ita vt ceteri artes humane ꝓcedēte q̄dā ratione verborum. ſed actu poci9 et expiētia ꝓeunte diſcuntur. queq; rurſum niſi tam collationib9 ſpūaliū virorum frequenter examinata fuerīt et polita q̄ documētꝭ et cotidiana expiētia ſolliate ventilata. aut obſoleſcunt incuria. aut ocioſa obliuiōē depeūt

¶Finit collatio abbatꝭ theone de anamarteton id eſt impeccātia.

¶Incipiūt capl̄a collationis abbatꝭ abrahe de mortificatione.
¶Quomō abbati abrahe cogitationū noſtrarū ꝓdiderim9 archana ¶Capitulū primū.
¶Quomō noſtros ſenex patefecerit errores ¶Caplm̄ ſecūdū
¶De q̄litate locorū ac ſtatus q̄ ab anachoritꝭ expeti debeat .iij.
¶Que a ſolitarijs operationū genera eligi debeant .iiij.
¶Qz euagatōe corpis grauceꝭ magꝭ quā refocilletur cordis anxietas ¶Caplm̄ quintū

¶ Ad quā cōparationē cogitatiōes
ſuas monachꝰ debeat cuſtodire
Capitulum ſextum
¶ Interrogatio cur obeſſe nob
parentū viciniа putaretur que in e
gipto conſiſtētibꝰ potuerant emu
lari ¶ Caplm̄ ſeptimū.
¶ Reſponſio ꝙ nō omnibus con
ueniant omnia ¶ Caplm̄ octauū
¶ Quare hij poſſint parentū vicinia
nō timere. qui abbatis apollo mor
tificationē potuerīt emulari .ix.
¶ Interrogatio an obſit mōcho
ſi ei a parentibus neceſſaria ſugge
rantur ¶ Caplm̄ decimū
¶ Reſponſio q̄d ſanctꝰ anthoniꝰ
ſuper hoc ꝓnūciauerit ¶ Caᵐ. Xi.
¶ De vtilitate operationis et ocij
detrimēto ¶ Caplm̄ duodecimū
¶ Fabula de tonſoris mercede cō
poſita ad illuſiones dyaboli cog
noſcendas ¶ Caplm̄ decimūtciū.
¶ Interrogatio vnde nobis taliū
cogitationū error irrepſerit Xiiij.
¶ Reſpōſio de tripertito animi mo
tu. ¶ Caplm̄ decimūquintū.
¶ Rationabilē anime noſtre par
tem fuiſſe corruptā ¶ Caᵐ. Xvi
¶ Quare infirmior pars anime dyabo
licis tēptationibus prima ſuccūbat
Capitulum decimūſeptimū
¶ Interrogatio an vtili deſiderі
o maioris ſilencio retrahamur ad
patriam ¶ Caplm̄ decimūoctauū
¶ Reſponſio de illuſiōe dyaboli
et ꝙ vaſtioris ſolitudinis requiem
repromittat ¶ Caplm̄ decimūnonū
¶ Quam vtilis ſit remiſſio in aduen
tu fratrū ¶ Capitulum .XX.
¶ Quomō euāgeliſta iohānes v
tilitatem remiſſionis oſtendiſſe di
catur ¶ Caplm̄ vigeſimūprimū
¶ Interrogatio q̄liter ſit intelligē
dū qđ in euangelio dicatur iugum
meū ſuaue eſt et onus meū leue
Capitulum vigeſimūſecūdum
¶ Reſponſio cū expoſitione ſentē
tie ¶ Caplm̄ vigeſimūtercīū
¶ Cur amarū iugum et graue o
nus domini ſentiatur in hoc mundo.
Capitulum vigeſimūquartū
¶ Quid vtilitatis conferat temp
tationum incurſio .Xxv.
¶ Queadmodum perfecte renūcian
tibus centuplum repromittatur
Capitulum vigeſimūſextum
¶ Expliciunt capitula

¶ Incipit collatio abbatis abrahe
de mortificatione

¶ Capitulum primum

Quarta atq; vice
ſima iſta collatio
abbatis abrahe
criſto fauente ꝓ
ducatur. omniū
ſeniorꝝ traditio
nes concludens Qua veſtris colati
onibus conſūmata illorꝝ viginti
quatuor ſeniorꝝ q̄ in ſancta apoca
lipſi coronas ſuas agno offerre
dicuntur. numero miſtice congruē
te. cunctarum ꝓmiſſionū noſtrarū
debitis nos credimus liberandos

Si qua ꝓinde gloria hij viginti
quatuor ſeniores noſtri ob inſtitu
tionis ſue meritū fuerūt coronati·
illū qui ꝓ ſalute mundi immola
tus eſt agnū ſubiectis ſunt capiti
bus ornaturi Ipſe enī et illis tam
eximiū ſenſū ⁊ nobis qualemcūq;
ſermonē quo tanta ꝓfunditas ꝓ
meretur· ꝓpter honorem nominis
ſui donare dignatus eſt· Et neceſ
ſe eſt vt ad auctorē bonoꝝ omniū
muneris ſui merita referatur · cui
hoc ipō debet amplius quo magis
ſoluitur Igitur ad hūc abraham
impugnationē cogitationū noſtra
rū· anxia cōfeſſione detulimus; q̄a
ad repetendam ꝓuinciam noſtram
atq; ad reuiſendos parentes· coti
dianis animi eſtibus vrgebamur
Hinc eteni nobis maxima deſide
riorum naſcebatur occaſio· q tan
ta religione ac pietate pntes noſ
tros preditos recordabamur· vt
eis nequaq̄ noſtrū ꝓpoſitū ꝑpone
rem9 vt eos nequaq̄ ipedituros
noſtrū ꝓpoſitum crederem9 · hoc
iugiter mente voluentes· q ꝓfec
tum magis ex illoꝝ eſſemus aſſi
duitate capturi· nullaq; nos corpa
lium rerū ſolliatudine nulliſq; pro
ſpiciendi victus diſtentionibus oc
cupandi· illis affatim omne cum
gaudio ꝓbicionē noſtre neceſſitatꝭ
explentibus Inſup eciam ſpe ina
niū gaudioꝝ animū paſcebamus
credentes fructū nos maximū per
cepturos de conūſione multoꝝ· q̄
velut noſtro eſſet ad viam ſalutꝭ
exēplo ac monitis dirigēdi Tū
ꝑterea ipſoꝝ locoꝝ ſitus· in q̄bus
erat maioribus noſtris habita poſ
ſeſſio· ipſarūq; amenitas iocunda
regionū ante oculos pingebatur·
q̄ grate et q̄ congrue ſolitudinis
ſpacijs tenderetur· ita vt nō ſolū
delectare monachū poſſint ſecreta
ſiluarū· ſʒ eciam magna victus ꝓbe
re cōpendia· Que omnia ꝓdicto ſe
ni cū ſecūdū fidem ꝯſcientie noſtre
ſimpliciter panderemus· nec iam
impugnationū vim tolerare nos
poſſe· niſi nobis ꝑ illius medicinā
dei gratia ſubueniſſʒ ꝯfuſis lacri
mis teſtaremur· tacitus ille diucꝫ
cūctatus atq; in extremū grauiꝰ
ingemiſcens· ita reſpōdit · II·

Nedū vos deſiderijs re
nunciaſſe mundanis nec
mortificaſſe ꝯcupiſcēcias
ꝓſtinas· cogitationū veſtrarū ꝓdit
infirmitas Nam ſicut deſidiā cor
dis veſtri deſiderioꝝ veſtroꝝ ꝑua
gacio ꝓteſtatur· hanc ꝑegrinacio
nem ac parentū abſēciam quā mē
te pocius ſuſcipere debuiſtis carne
tantūmō ſuſtinetꝭ Sepulta enim
hec omnia ac de cordibus veſtris
penitus euulſa iam fuiſſent· ſi vel
rationē ipſius abrenūciationis ł pn
cipalē ſolitudinis cauſam in qua
conſiſtimus cepiſſetis· ideoq; illa
vos ocij egritudine ſentio labora
re· que in ꝓuerbijs ita notatur ·
In deſiderijs eſt omnis ociosus ·
Et iterū · Deſideria occidunt pi
grum· Nam ⁊ nobis potuerant

hec que cōmoditas ſit carnaliū com
modoꝝ· nō deeſſe lucroſa cōpendi
a· ſi credidiſſemꝰ ea noſtro cōueni
re ꝓpoſito· aut talē ex illis ameni
tatū voluptatibꝰ fructū nobis iudi
caſſeꝰ poſſe ꝯferri· q̄lis iſte ē q̄ de
h̄ locoꝝ ſqualore ⁊ corꝑis ꝯtritio
ne ꝯq̄rit̄ Nec ſumꝰ ita ꝑntū ſolaci
o deſtituti vt deſint q̄ de ſuis ſb̄ſtā
cijs ſuſtētare nos gaudeāt ī nob̄
illa ſententia ſaluatoris occurrēs
quicq̄d ad fotum huiꝰ ꝑtinet car
nis excluderet qua dicitur· Qui
nō reliq̄rit ſiue oderit patrem aut
matrē ⁊ filios ⁊ fratres· nō poteſt
meꝰ eſſe diſcipulꝰ· Qꝫ ſi parētum
quoq꜄ eſſemꝰ p̄ſidio deſtituti· cer
te vl̄ potentū mūdi iſtius obſeq̄a
deeſſe non poſſent· qui promptiſſi
ma largitate neceſſitatibꝰ noſtris
cum omni gratiaꝝ actione ſubmi
niſtrare gauderēt Quoꝝ munificē
tia ſuſtentati· parandi victus ſolli
citudine careremꝰ ⁊ niſi nos vehe
menter illa ꝓphetica maledictio
deterrerēt Nā maledictꝰ inq̄t hō q̄
ſpē ſuā ponit ī hōie· ⁊ nolite ꝯfidē
in p̄ncipibꝰ Potuimꝰ eciā cellulas
ſaltē nr̄as ſup̄ nili fluminis alueū
collocātes aquā habere ꝓ foribus
ne eā e quatuor milibus paſſuum
noſtris cogeremur deferre ceruici
bus· niſi nos ad tolerātiā laboris
iſtius indefeſſos beatꝰ apoſtolus
reddens· hoc iugiter animaret elo
quio· Vnuſq̄ſ̄ inq̄ens ꝓpriā mer
cedē accipiet ſcd̄m ſuū laborē Nec
ignoramꝰ eſſe nōnulla eciā ī regioi
bꝰ nr̄is amena ſecreta ī q̄bꝰ pomo
rū copia et ortoꝝ grā vl̄ vbertas
neceſſitatē victus nr̄i minimo labo
re corꝑis expediret· niſi impingen
dam nobis illam exꝓbratione q̄
ad illū in euāgelio directa eſt diui
tem vererēmur· q̄a recepiſti tuā con
ſolationē in vita tua Sed deſpec
tis illis omibus et cū vniūſa mun
di huius voluptate ꝯtemptꝭ· hijs
tantū ſqualoribus delectamur· v
niūſiſ̄ delicijs horrendam ſolitudi
nis iſtiꝰ p̄ferimꝰ vaſtitatem· neq꜄
huic harenaꝝ amaritudini quātaſ
uis vberis glebe diuicias cōꝑamꝰ
nō tēꝑalia huiꝰ corꝑis lucra· ſ̄ e
terna ſpūs emolumēta ſectantes
Parū eſt enī monachū renūciaſſe ſe
mel· id eſt in p̄mordio ꝯūſionis ſu
e ꝯtēpſiſſe p̄ſentia· niſi ei cotidie
renūciare ꝑſtiterit vſ̄ ad finē· Nā
q꜄ de huiꝰ vite die illud nobis di
cēdū eſt cū ꝓpheta: ⁊ diē hominis
nō deſideraui tu ſcis Vnde ⁊ dn̄s
ī euāgelio· ſi q̄s vult inq̄t poſt me
venire abneget ſemetipſū ⁊ tollat
crucē ſuā cotidie ⁊ ſeq̄tur me C· iiij·
Et idcirco ei q̄ de interioris ho
minis puritate ꝑuigilē ſolli
citudinē gerit expetēda ſunt loca q̄
mētē eiꝰ nulla ad culture diſtētionē
vbertatꝭ ſue fecūditate ſollicitēt· nec
de cellule fixa atq꜄ imobili ſtacōe
ꝑturbēt atꝫ ad aliq̄d ſubdiuale o
pꝰ ꝓdire ꝯpellāt· ⁊ ita velut ī ap
tū effuſis cogitacōibꝫ oēm mētꝭ
directionē ac ſb̄tiliſſimū certe illiꝰ
deſtinacōis intuitū ꝑ diūſa diſꝑgat

Que a nemine proceſus ꝙuis ſol
licito ac vigilante vł caveri pote
runt vł videri: niſi qui corp9 ani
mūq; ſuū iugiter intra parietū ſep
ta concluſerit. ut ita quis velut piſ
cator egregius victū ſibi apoſtoli
ca arte pſpiciens intrāquilliſſimo
cordis ſui pfundo agmina cogita
tionū natancia intentus atq; imo
bilis captet. et tanꝙ de pminēti
ſcopulo curioſe pfūda pſpectans
qs ad ſe hamo attrahere debeat
ſalutari. quas vero tanꝙ malos
ac noxios piſces negligat ac reſu
tet. ſagaci diſcretione diiudicet

Caplm quartum

In hac ergo vnuſquiſq;
cuſtodia iugit pſeverās
efficaciter illud implebit. qd per
abacuc pphetā ſatis evident ex
pmitur. Sup cuſtodiā inquit me
am ſtabo. ⁊ aſcendam ſupra petrā
et ſpeculabor vt videam quid lo
quatur in me. et quid reſpōdeam
ad arguentē me. Qd quanti labo
ris ac difficultatꝭ ſit. experimentis
illoꝝ q in illa calami ſive porphi
rionis heremo cōmorantur mani
feſtiſſime cōprobat. Nam cum lō
giore ſolitudinis intervallo ab v
niverſis vrbib9 et habitaculis ho
minū ꝙ heremus ſithi dividatur.
ſeptem ſiquidē vł octo māſionibus
vaſtiſſime ſolitudinis deſerta pene
trantes. vix ad cellularū ſuarū ſe
creta pveniūt. tamen quia illic a
griculture dediti clauſtrꝭ minime
cohibentur. cū ad hec ſqualida in
quibus degim9 loca vł ad illa ſci
thiotica venerint. tantꝭ cogitatio
num eſtibus tanta animi anxie
tate vexantur. vt quaſi rudes ⁊ q
ſolitudinis exercitia ne levit qui
dem aliquādo cōtigerint cōmorati
onē celle et quietꝭ ſilencia tolerarē
nō poſſint. atq; ex eis ſtatim excuſ
ſi tanꝙ expertes ac novicij pturbē
tur. Nō enim ſedare interioris ho
minis motus et cogitationū ſuarū
tempeſtatib9 obviare iugi ſollicitu
dine ac pſeveranti intencōe didice
runt qui ſubdivalib9 cotidie ope
rib9 deſudantes tota die ſub aere
a inanitate non ſolū corpe verum
eciam mente pvolitant. et cogita
tiones ſuas cū mobilitate corpo
rea paſſim in aperta diffundūt. Et
idcirco multivolā animi ſui ſenciūt
vanitatē. nec eius lubricos poſſūt
coercere diſcurſus. nec contritionē
ſpūs ferentes. intolerabilem ſibi
ipſam ſilencij ſui iugitatē eſtimāt
ac laborioſis rurꝭ opibus indefeſ
ſi vincuntur ocio et quietꝭ ſue diu
turnitate laſſantur. Caᵐ .V.

Nec mirū ſi in cella qs reſi
dens qſi intra artiſſimū
clauſtrū cogitationib9 cō
gregatꝭ anxietatum multitudine
ſuffocetur. q de carcerib9 habitaculi
cū homine prūpentes continuo ve
lut equi effrenes in diverſa pvo
litant. Sed cū ad pſens de ſuis
velut ſtabulis evagantur. capit ſta
tim aliqd vł breve ac triſte ſolaci
um. cū vero corpe ad cellā ppriā

remeāte rurſū quaſi ad ſedem ſuā
cuncta cogitationū caterua recurre
rit grauiores excitat ſtimulos ipā
inueterate licencie ꝯſuetudo. Hij
ergo qui necdū poſſūt vł nolunt
volūtatū ſuarū inſtigationibus re
luctari. cū accidia pectus inſolitū
vehemētius impugnāte intra cel
lam fuerint anxiati. ſi ꝓgrediēdi
ſepius libertatē ſibi remiſſa diſtric
tionis lege ꝯceſſerint. acriorē adū
ſum ſe peſtem hoc vt putant reme
dio ſuſcitabūt. ſicut gelidiſſime a
que hauſtu vim internarū febriū
quidā reſtinguere poſſe ſe credunt
cū vtiqȝ accendi ex hoc ignem illū
conſtet pocius ꝙ̄ ſedari. Siquidē il
lam momētaneā releuationē mul
to grauior ꝯſeq̄tur afflictio.

## Caplm̄ ſextū.

Quaobrem ita monachi
ōnis intentio in vnū ſem
per eſt defigenda: cuncta
rūqȝ cogitationū eius ortus atqȝ
circuitꝰ in idipſū id eſt ad memo
riam dei ſtrenue reuocandi. velut ſi
quis abſidis cameram volens in
ſublime ꝯcludere ſubtiliſſimi illius
centri lineam iugiter circūducat.
ac ſecūdū certiſſimā normā omnē
rotunditatis parilitatē et ſtructure
colligat diſciplinā. Qui vero eā
abſqȝ illiꝰ medietatꝭ examine ꝯſū
mare quis ſūma artꝭ aut ingenij
p̄ſumptione tēptauerit. impoſſibi
le eſt vt eq̄litatē circuitus illiꝰ ſine
errore cuſtodiat. aut quantū vere
rotunditatꝭ pulchritudini errādo
ſubtraxerit ſolo dep̄hendat aſpec
tu. niſi ad illū indicem veritatis ſē
per recurrens atqȝ eius arbitrio i
teriorem operis ſui ambitū exteri
orēqȝ caſtigans. tam excelſe mag
nitudinis molē vnius pūcti lege
ꝯcludat. Ita etiam mens noſtra
niſi ſolam domini caritatē velut cē
trū imobilitē fixum ꝑ vniuerſa ope
rum molitionūqȝ noſtrarū momē
ta circūagens ꝓbabili vt ita dixe
rim circino caritatꝭ omniū cogita
tionū vł aptauerit vł repulerit
qualitatē. nequaꝙ̄ ſtructurā illiꝰ
artificij ſpūalis cuius paulus eſt
architectus ꝓbabili arte molietꝭ.
nec pulchritudinē domꝰ illiꝰ poſ
